(V 4 v°) Dubitari potest de hoc quod dicit Latinis non esse articulum.

[1] constructionis *Cod.*

[2] et per consequens modi significandi *add. Cod.*

[3] a quibus. . . gramatica *ante* similes sunt *Cod.*

Sicut enim scientia manet eadem apud omnes, sic partes eius essentiales debent manere eedem apud omnes. Si gramatice partes essentiales sunt partes orationis, quare partes orationis debent manere eedem apud omnes; et ita si articulus sit pars apud Grecos, debet esse pars apud Latinos. Vel quare non. Et dicendum quod partium orationis quedam sunt de esse gramatice, sicut nomen et verbum et aliquando pronomen et participium, quedam autem sunt de bene esse, scilicet partes indeclinabiles. Partes autem que sunt de esse gramatice, oportet manere easdem apud omnes, partes autem que sunt de bene esse, non oportet. Huiusmodi autem pars est articulus. Greca enim nomina sunt confusa, sub eadem terminatione servantia omnia genera, omnes casus et huiusmodi, sicut sunt apud nos nomina que vocantur indeclinabilia sive monoptota, ut *cornu*, *gelu*. Et ideo excogitantur articuli ad diffiniendum diversos casus, diversa genera, et diversos numeros sub eadem voce. Si autem nomina eorum inflexa essent sub terminationibus diversis, non eguissent articulis. Huiusmodi nos autem habemus voces inflexas secundum terminationes diversas. Quare articulus non erat nobis necessarius. Patet igitur quod absentia articuli apud nos et presentia apud Grecos non diversificant gramaticam apud nos et apud illos essentialiter, sed solum accidentaliter. Et est competens exemplum quod videmus contingere [1] in litteris apud nos et apud illos. Nos enim non diversificamus vocales per correptum et productum, constituendo secundum hoc diversas litteras. Ipsi autem faciunt; vocant enim *e* productam *etha*, vocant autem *e* correptam *unicron* [2]; vocant etiam *o* productam *omoga* [3], vocant autem *o* correptam *octonicon* [4].

On arrivait ainsi à ne reconnaître qu'une grammaire, ce qu'on a appelé plus tard la grammaire générale. Pierre Hélie n'avait pas encore cette idée. Il reconnaît autant d'espèces de grammaires que de langues :

(N 1. *Spec.* c. 1) Species cuiuslibet artis qualitates sunt quas artifex per artem attribuit materie. Cum enim species pluribus modis accipiatur, hic pro forma vel pro qualitate ponitur. Sunt ergo species artis gramatice ge-

[1] contigere *Cod.*
[2] *Sic Cod.*
[3] *Sic Cod.*
[4] *Sic Cod.*

nera linguarum in quibus ars gramatica tractata est et composita. Vocem enim format artifex in diversa linguarum genera secundum artem gramaticam. Est autem gramatica composita in lingua greca, latina, ebrea, et caldea. Et possunt huius artis species crescere, hoc est plures esse, ut si gramatica tractaretur in gallica lingua (quod posset fieri facile, si tantum nomina et figure proprie illius secundum illam linguam invenirentur), sive in alia aliqua in qua nondum tractata est.

Mais, au XIIIe siècle, où on appliquait strictement les principes des seconds Analytiques, la grammaire n'aurait pas pu être considérée comme une science, si elle n'avait pas été une chez tous les hommes, comme son objet. Robert Kilwardby :

(V 1) Cum scientia maneat eadem apud omnes, et subiectum eius idem manet. Quare subiectum gramatice debet manere idem omnibus. Sed oratio constructa vel vox literata ordinabilis propter congruum non idem manet apud omnes. Quare non erit subiectum gramatice . . . Dicendum quod sicut geometria non est de magnitudine linee[1] neque de magnitudine enee neque de aliqua contracta ad materiam specialem, sed de magnitudine simpliciter, ut abstrahit ab unaquaque tali, sic gramatica simpliciter non est de oratione congrua secundum quod concernit[2] linguam latinam vel grecam et huiusmodi, sed hoc accidit; ymo est de constructione congrua secundum quod abstrahit ab omni lingua speciali. Sic autem manet subiectum gramatice idem omnibus; et sic intellige de voce literata ordinabili propter congruum.

Non-seulement la grammaire est une, comme la géométrie; mais encore, comme la géométrie, elle a pour objet le nécessaire et procède démonstrativement, par déduction :

(BB 131) Utrum sit necessaria. Sic, et in se, quia procedit per principia,

[1] C'est l'adjectif *lineus, ea, eum*, de *linum*. Il faut sous-entendre *figuræ*.

[2] C'est du participe de ce mot et non de *concrescere* que vient notre mot *concret*. Michel de Marbais (X 24) : « Adiectivum significat. . . . . per modum concreti vel concernentis sub . . . . . ratione, sub qua est concretum. »

respectu quorum posteriora impossibile est aliter se habere. Quia enim aliqua dictio tales habet modos significandi, de necessitate tales habet constructiones, et non alias, et sic de aliis.

(BB 131 v°) Utrum modus sciendi demonstrativus possibilis sit in gramatica. Sic. Ut in aliis scientiis principia communia et principia propria sunt indemonstrabilia, cognitiones autem que ex hiis sequuntur per illa sunt demonstrabiles, sic est in gramatica. Quia enim dictio habet tales modos significandi, sequitur necessario quod tales habeat constructiones, et non alias; et sic de aliis que docet gramatica, que bene contingit reducere in suas per se causas et sufficientes, per quas necessario possunt sciri et demonstrari.

On se faisait l'objection suivante :

(R 1 v°) Omnis ars de regulis est uniformibus vel procedit. Gramatica non est sic. Ergo et cetera. Minor patet, quia quedam sunt regule in gramatica a ratione, ut[1] omne nomen viri est masculini generis, quedam autem a voluntate, ut quedam nomina fluviorum sunt masculini generis.

On répondait :

(*Ibid.*) Istud provenit non a voluntate solum, sed a voluntate que per rationem confirmatur. Nam cum fluvii per modum agentis se habeant rippas motu frequenti impellendo et in quibusdam aliis consimiliter se habendo, magis applaudunt generi masculino, quam alii, cum a parte agentis[2] sumptum fuerit illud genus.

§ III. — De la grammaire et de la logique.

On distinguait pourtant la grammaire de la logique plus sévèrement qu'on ne l'a fait depuis le XVIe siècle. Siger de Brabant :

(W 5) Logica a gramatica... tripliciter distinguitur, scilicet ex parte finis,

[1] et *Cod.* unde *ra.*

[2] gentis *Cod.* rei agentis *ra.*

et ex parte subiecti sive obiecti, et ex parte fundamenti illius quod dicitur obiectum respectu subiecti. Quia ipsa logica vel homo per logicam intendit discernere finaliter verum a falso, ut vult Simplicius in Predicamentis (dicit[1] enim quod sicut artifex volens domum facere inspicit ad finem domus, qui est defendere nos ab imbribus et ab huiusmodi, et considerans[2] quod protectio non potest fieri sine parietibus, et parietes sine fundamento, et fundamentum non potest poni, nisi terra fodiatur, ideo incipit primo fodere terram ad habendum finem, sic animus volens scire logicam, cuius finis est discernere verum a falso in speculativis et bonum a malo in practicis, considerat demonstrationem, que est organum prohibens animam nostram a falsis in speculativis et a malis in practicis, [et][3] considerans quod demonstratio non habetur sine sillogismo simpliciter, sillogismus autem non sine propositionibus, nec propositiones sine incomplexo, ideo incipit operari ab incomplexo, scilicet a libro Predicamentorum), gramatica autem finaliter est propter expressionem conceptus mentis per sermonem congruum, et considerat quod istud non potest haberi sine modo construendi, nec istud sine partibus orationis distinctis per modos significandi, nec pars sine dictione, nec dictio sine sillaba, nec sillaba sine elemento vel littera potest haberi, incipit gramatica suam inspiciens ad finem ab ipso elemento vel littera. Ideo sicut logica defendit animam nostram a falso in speculativis et a malo in practicis, sic gramatica defendit virtutem nostram interpretativam ab expressione conceptus mentis incongrua in omnibus scientiis; ideo ordine doctrine antecedit omnes scientias. Apparet ergo PRIMUM qualiter distinguntur a parte finis. SECUNDO differunt ex parte obiecti vel subiecti, quod idem est, quia logica est de ente rationis vel sillogismo universaliter vel de modo sciendi, quod idem est, ut apparuit alias, gramatica autem est, sicut de subiecto, de modo exprimendi conceptus mentis per sermonem congruum. Diversimode tamen opinantur diversi de subiecto gramatice, sicut apparuit alias. Apparet ergo qualiter ex parte subiecti vel obiecti differunt. TERTIO differunt ex parte fundamenti quod obiectum [est respectu][4] subiecti istarum scientiarum, quia quelibet istarum est de entibus rationis aliquo modo, que entia rationis fundantur super rem vel modum rei, sicut

[1] Simplicii... *in categorias... commentaria*, Basileæ, 1551, f° 3 v°, cap. XX.

[2] considerat *Cod.*

[3] *Om. Cod.*

[4] *Om. Cod.*

super fundamentum vel obiectum. Nam logica est de intentionibus secundis, scilicet genere, specie, particulari et universali et cetera, que omnia sunt entia operata ab anima. . . . . Gramatica autem est de modis significandi, qui similiter sunt operati ab anima. . . . . Si autem ab eodem modo essendi in re logicus accipiat intentionem secundam, gramaticus autem modum significandi, sicut multotiens contingit, licet non semper, ut ab eodem modo essendi in re a quo accipit logicus intentionem istam que est singulare vel individuum, ab isto eodem modo essendi accipit gramaticus modum istum significandi qui est proprium, verumtamen eundem modum essendi istum diversimode considerant logicus et gramaticus, quia logicus considerat, ut ab ipso ortum habet ens rationis quod ducit in cognitionem veri, gramaticus autem considerat, ut ab ipso ortum habet ens rationis quod ducit aliquo modo in cognitionem expressionis alicuius conceptus congrue. Modo [1] quia expressio conceptus est per vocem magis, verum autem per adequationem intellectuum et rerum, ... ideo ea que considerat gramaticus considerat per relationem ad vocem, ut vox est signum talis expressionis, logicus autem, per relationem ad res magis... Ideo idem diffiniens logicus et gramaticus alio et alio modo diffinit, quia logicus diffiniens singulare dicit quod singulare est quod non est aptum predicari de pluribus, que predicatio est proprie in intellectu, tamen per relationem ad res, gramaticus autem diffiniens proprium dicit quod proprium est quod uni soli convenit per appellationem, que quidem appellatio est ex parte vocis magis. Ideo stilus logice alius est a stilo gramatice, id est, modus procedendi in logica alius est a modo procedendi in gramatica. Propter quod Priscianus illa de quibus est bene manifestavit secundum stilum sibi proprium et possibilem, ut est gramaticus, ut apparebit alias. Sic ergo patet qualiter logicus et gramaticus differunt.

§ IV. — De la langue latine.

Je ne sais quelle différence Siger établissait entre le style de la logique et celui de la grammaire; mais on voit par Siger lui-même que, si l'on excepte l'emploi des termes techniques,

[1] *Modo* a souvent le sens de *or, maintenant,* dans le latin du moyen âge.

la méthode était alors la même dans les deux sciences. Cependant la science grammaticale avait pour objet plus particulier la langue latine. On lit dans un grammairien de la fin du XIVe siècle, Henri de Crissey :

(JJ 204) Latinorum populorum quidam laici dicuntur, et quidam clerici... Laici vero dicuntur habere ydiomata vocum impositarum ad placitum, que ydiomata docentur pueri [a][1] matribus et a parentibus; et ita[2] ydiomata multiplicia sunt apud Latinos, quia aliud est apud Gallos, aliud apud Germanos, aliud apud Lombardos seu Ytalicos. Clerici vero Latinis dicuntur habere ydioma[3] idem apud omnes eos, et istud docentur pueri in scolis a gramaticis ..... Satis constat ..... voces latinas ultimo fuisse impositas. Circa quod est sciendum quod impositores primi latini ydiomatis, mediante greco ydiomate, voces latinas imponebant... Greci vero imposuerunt suas voces, mediante hebreo ydiomate... Hebrei vero voces multas imposuerunt, mediantibus vocibus datis[4] a Deo.

En Italie on appelait même le latin *gramatica* par opposition à la langue vulgaire[5], qu'Alexandre appelle *lingua laica*[6].

§ V. — Division de la grammaire.

L'antiquité n'avait pas légué au moyen âge une division satisfaisante de la grammaire. Celle que l'on trouvait dans Isidore, qui reconnaît trente parties dans la grammaire, ne pouvait être d'une grande utilité (*Orig.* I, 5). L'étude de Priscien suggéra sans doute la modification que nous trouvons dans Hugues de Saint-Victor : il ne compte que vingt-deux parties, dont les quatre premières sont (M 225 v°) « littera, sillaba, dictio, oratio : et has principales constituimus. » C'est

[1] *Om. Cod.*
[2] sunt *add. Cod.*
[3] ydiomata *Cod.*
[4] ade *add. Cod.*
[5] Dante, *De vulgari eloquio* (I, 1).
[6] Voir ci-dessus, p. 99.

précisément l'ordre dans lequel Priscien a traité de la grammaire. Aussi Pierre Hélie a-t-il adopté cette division :

(N 1) Partes huius artis sunt quatuor : quarum nomina quoniam non habemus, dicatur prima pars scientia de litteris, secunda, de sillabis, tertia, de dictionibus, quarta, de oratione.

Au commencement du XIIIe siècle le Grécisme (ch. IX) indique comme parties de la grammaire l'orthographe, la prosodie et la *dyasintastica* ou syntaxe :

Ortho. proso. dyasin. species tres gramatice sunt.

Une glose de l'Anticlaudien (Bibliothèque imp. 8083, f° 19 v°) donne les divisions suivantes :

Materies gramatice sunt ista quatuor : littera, sillaba[1], dictio, oratio; et ista eadem sunt eius principales partes. Vel aliter. Partes gramatice sunt due : orthographia, ubi docet recte scribere et recte loqui, diasentistica, ubi agit de natura dictionum et constructionum.

Mais la division qui prévalut au XIIIe siècle, et qui subsista jusqu'à la renaissance et même au XVIe siècle, est celle qui est contenue dans la définition que nous avons donnée plus haut. Elle était employée parallèlement avec une autre division, qui était tirée des ouvrages de Donat. Voici comment on établissait cette double division :

(Q 1 v°) Secundum . . . Priscianum dividitur gramatica in quatuor partes, scilicet orthographiam, ethimologiam, prosodiam, et diasintasticam; et hec divisio sumitur a parte subiecti. Ponitur enim esse subiectum in gramatica vox litterata articulata, et hoc articulatione simplici vel composita, debito modo pronunciata. Et est orthographia de voce litterata; hic enim determi-

[1] sillaba *ante* littera *Cod.*

natur de littera et sillaba; et hoc traditur in prima parte maioris voluminis Prisciani. Est autem ethimologia de voce articulata articulatione simplici; est enim de dictionibus simpliciter sumptis, que articulantur per impositionem ad significandum et per consignificata eis accidentalia; et hec traditur in secunda parte maioris voluminis. De voce vero articulata articulatione composita est dyasintastica; est enim de dictione ordinabili vel ordinata, constructibili vel constructa, vel de oratione constructa, quod idem est; et hoc a Prisciano traditur in libro minoris voluminis, qui dicitur liber constructionum. De voce vero debito modo pronunciata est prosodia; est enim de certis regulis accentuum; et hoc traditur in libro, qui dicitur Prisciani, de Accentu.

On tirait l'autre division de l'*Ars grammatica* de Donat :

(Q 1 v°) Dividitur autem gramatica a Donato in tres partes, scilicet in preceptivam, permissivam et prohibitivam [1]. . . Et ista divisio a parte passionis sumitur. Est enim passio in gramatica congruum et incongruum, et a parte congruitatis et incongruitatis sumuntur iste tres partes gramatice a Donato. Pars enim illa que est de preceptis, considerat congruum simpliciter, et hec pars traditur in maiori Donato. Pars vero de prohibitis considerat incongruum simpliciter. Pars vero que est de permissis considerat incongruum secundum quid, congruum autem considerat similiter [2]. Et iste due partes simul traduntur in minori Donato, qui liber dicitur Barbarismus.

Cette seconde division comprenait la théorie des défauts et des figures qui était en dehors de la division attribuée à Priscien. Les préceptes sont compris dans les deux premiers livres de l'*Ars grammatica;* les défenses et les permissions dans le troisième :

(R 1 6 1 *pluribus est membris*) Gramatica tria facit : precipit, sicut congrua; prohibet, sicut vicia; permittit, sicut figurativa.

La théorie de la quantité et de la métrique, qu'on appelait

[1] prohibitam *Cod.* — [2] simpliciter *Cod.*

ars metrica, formait une science séparée de la grammaire proprement dite :

(R 122 *pandere proposui*) Cum alii tractatus huius libri (*le Doctrinal*) sint de constitutione unius scientie, que est gramatica, et hic tractatus (*le xe chapitre du Doctrinal, qui traite de la quantité et de la métrique*) scientiam constituat sive artem que est per se et ab aliis separata, propterea magis competenter in principio huius tractatus debuit premittere prologum, quam in principiis tractatuum aliorum.

Cependant la métrique était considérée comme dépendant de la grammaire :

(*Ibid.*) Cum secundum istam scientiam fiat metrum, metrumque attendatur penes quendam ornatum et penes scansionem, que habet fieri quodammodo modulando, ex hoc videtur quod ista scientia magis ad rethoricum pertineat vel ad musicum debeat pertinere. Solutio. Quelibet scientia dicitur esse sub illa scientia cuius sub subiecto ponit suum subiectum. Sed ars metrica ponit suum subiectum sub subiecto artis gramatice, ut postea ostendetur. Ergo ars metrica gramatice supponitur, et inde pertinet ad gramaticum. Probatio minoris. Subiectum gramatice est vox litterata articulata debito modo pronunciata. Eadem vox est subiectum huius scientie, considerata tamen sub certa dinumeratione, et hec vox est sub illa. Unde patet quod subiectum huius scientie est sub subiecto artis gramatice.

Dans le Doctrinal, la métrique précède la théorie de l'accent ou prosodie. On justifiait ainsi cet ordre :

(*Ibid.*) Prius est ponere illud quod est via manifestativa, quam illud quod inde manifestatur. Sed scientia que hic traditur est via manifestativa ad accentum, ut ostendetur. Ergo prius est ponere partem istam, quam accentum. Probatio minoris. Secundum correptionem et productionem, que hic traditur, cognoscitur accentus pro maiori parte. Ad idem patet via confirmationis per actorem istum, qui librum suum nominavit Doctrinale a doctrina, eo quod precipue hic agit per modum doctrine. Inde sic proceditur in via doctrine : debent precedere illa que viam parant intelligendi

ad alia. Sed hec scientia est huiusmodi respectu scientie de accentu. Ergo et cetera.

CHAPITRE II.

ORTHOGRAPHIA.

On la définissait conformément à l'étymologie par *scientia recte scribendi,* ou par :

Graphice ordinationis rectitudo literarum insimul secundum vim et potestatem singularum (U 1).

§ I. — Physiologie des sons articulés.

La physiologie des sons articulés, le mécanisme de leur production, n'était pas du domaine propre de la grammaire. Michel de Marbais :

(X 4 v°) Gramaticus, unde gramaticus est, vocem, unde vox est, non considerat, sed naturalis.

(X 4) Vox . . . potest sumi . . . secundum naturalia instrumenta, quibus formatur; et sic de ipsa fit mentio in libro de Animalibus; et sic est naturalis considerationis.

On a conservé les noms et les classifications adoptés par Priscien sans y rien changer. On rencontre pourtant quelques réflexions sur les sons articulés. Ainsi on lit dans un manuscrit du XIIe siècle :

(P 48) Primam omnium vocalium *a* natura constituit, quoniam illa vox infantium vagientium sola est; unde illud[1] : a a a nescio loqui, quia puer ego sum. *A* sonat in pectore, *e* perstrepit in gutture, *i* substringitur in faucibus,

[1] Jérémie, I, 6.

o reboat in palato, *u* in labiorum summulo. *A* sola ore aperto sonat, nichil operantibus lingua vel labiis. Cum *e* dicitur, os ab hiatu retrahitur. Cum *i* profertur, os amplius substringitur. Cum *o* enuntiatur, os colligendo ad angustum rotundatur. Cum *u* dicitur, labia pene clauduntur.

Voici comment Robert l'Anglais établit la différence qui sépare les voyelles des consonnes :

(V 3) Queritur... que sit causa, quod vocalis facit sonum per se, consonans autem non. Et dicendum quod hoc est, quia vocalis generatur in apertione oris; [et][1] vox cum apertione fit. Consonantis autem sonus, quantum de se est, generatur in clausione instrumentorum vel in contactu eorundem. Sed in contactu vel in clausione nunquam fit sonus, nisi precedat apertio vel sequatur. Et ita nulla consonans per se proferri potest sine vocali precedente vel sequente. Et hoc est, quod semivocales incipiunt a vocali et terminantur in sonum proprium, mute autem e converso.

On pensait qu'il ne devait pas y avoir plus de cinq voyelles :

(R 125 *quine vocales*) Numerus vocalium potest sumi a parte generationis soni. Aut ergo generatur intra, circa guttura, et sic est *a;* aut in medio oris, et sic est *e;* aut prope os circa dentes, et sic est *i;* aut in constrictione labiorum, in quadam rotonditate, et sic est *o;* aut in summitate oris, et sic est *u*. Item a parte soni potest sumi numerus vocalium. Sonus vocalis est in excellentia aut in diminutione. Si primo modo, sic est *a*. Si secundo modo, sic est *e*. Aut est medius sonus inter excellentem et remissum, et hoc dupliciter : aut sonus medius inter duos sonos, et sic est *u;* aut est sonus medius inter medium et extremum, et hoc dupliciter : aut magis accedit ad extremum in excellentia, et sic est *o;* aut in diminutione, et sic est *i*.

Queritur quare sunt plures semivocales quam vocales et plures mute, quam semivocales... Dicendum est quod vocales in genere litterarum sunt, que habent complementum et decisionem et formationem in aere, et ita sunt in pauco numero. Sed semivocales non formantur in tam debita deci-

[1] *Om. Cod.*

sione, propterea plures possunt esse quam vocales. Et quoniam mute magis adhuc recedunt a debita decisione, propterea plures possunt esse quam semivocales. Aliter potest dici quod vocales sunt secundum speciem, consonantes secundum numerum, et plura sunt que sunt secundum numerum quam que sunt secundum speciem. Similiter semivocales magis sunt secundum speciem quam mute.

On raisonnait ainsi sur les muettes :

(R 125 *mute sunt*) Dubitatur de mutis. Omnes mute terminantur in *e*, preter *k* et *q* et *h*. Sed sicut terminantur in *e*, sic possunt in aliis vocalibus terminari, et ita plures essent. Et si non, queritur quare non. Dicendum est quod omnis muta generatur sine aspiratione aut in aspiratione. Si in aspiratione, sic est *h*. [Si sine aspiratione][1], aut intra formatur cum manifesta apertione oris in quadam clausione vel clarificatione, et sic est *k;* aut formatur cum quadam obscuritate, et sic est *q*, quoniam *q* non habet tantam oris apertionem quantam habet *k;* aut formatur medio modo respectu predictorum, et hoc multipliciter : aut formatur a summitate labiorum, et sic est *b;* aut formatur in ore, et sic est *c;* aut quasi intus et in fundo oris, et sic est *g*[2]; aut formatur prope dentes inter palatum et dentes, et sic est *d*[3], que formatur circa dentes. Et sic accipitur numerus mutarum penes formationem suam . . . . . Sonus mutarum est sonus incompletus et parvus. Sed sonus de *e* est mediocris, et plus sonat in fine quam in principio. Et ideo propter hanc proportionem mute terminantur in *e*, et non in alias vocales, preter *q*, *k* et *h*. Nam hec duo ultima in apertione oris formantur et cum claritate, sicut *k* et *h*, et ideo formantur per hanc litteram *a*. Sed *q* formatur in obscuritate, et ideo terminatur in hanc vocalem *u*[4].

On raisonnait de même sur les semi-voyelles :

(R 126 *sunt l et r*) A parte generationis possunt accipi semivocales aut a parte soni. Omnis enim semivocalis aut est simplex aut duplex. Si duplex, sic est *x*. Si simplex, aut habet sonum cum excellentia, et sic est *l;* aut habet defectum excellentie soni, et sic est *m;* aut est sonus in diminutione,

[1] Si sine aspiratione *omm. Codd.*
[2] d *Codd.*
[3] g *Codd.*
[4] L'F n'est pas mentionnée.

et sic est *r;* aut medius sonus inter extrema, et hoc dupliciter : aut recedit in excellentia, et sic est *s;* aut in diminutione, et sic est *n* . . . *E* est vocalis cuius sonus est mediocris; propter hoc maiorem habet proportionem cum semivocalibus; et ideo incipiunt semivocales ab *e*.

On demandait pourquoi il n'y avait pas plus de quatre diphthongues :

(R 128 *sillaba que binas*) Omnis dyptongus aut incipit a prima vocali habente plus de sono et terminatur ad secundam, et sic est *ae;* aut incipit ab eadem et terminatur in ultimam, et sic est *au;* aut est dyptongus que incipit a secunda vocali et terminatur in ultimam, et sic est *eu;* aut incipit a quarta vocali et terminatur in secundam, et sic est *oe* . . . Ad dyptongon tria exiguntur. Primum est quod littere que faciunt dyptongon possint coniungi; secundum est ut quelibet vocalis retineat vim suam; tertium est ut sit proportio soni ad sonum, ut cum dicitur *ae*. Unde dyptongus fit ex duabus litteris, quarum una habeat plus de sono quam alia; et illa que magis habet de sono preponitur, et illa que minus sonat postponitur; et sic est proportio in sono. Nam que minus sonat, si postponitur, plus sonat. Et sic fiet dyptongus. Unde licet *e* possit preponi huic littere *a*, non tamen ad faciendum dyptongon sibi potest preponi, cum minus habeat de sono quam *a;* et ita non debet preponi, sed postponi. Et sic est solvere de omnibus aliis.

(*Ibid.*) Queritur quare *i* postposita facit dyptongum apud Grecos et non apud nos . . . Latini moderate vocales sonant vel formant suas litteras; sed Greci multum sonant litteras suas, sicut et Ebrei multum sonant litteras suas. Et ideo *i*, cum[1] apud Grecos multum sonet, potuit facere dyptongon, sed non apud Latinos, cum parvum et exilem habeat sonum, quia vocales non formantur cum tanta apertione apud Latinos, sicut apud Grecos.

On avait eu, au XIIIe siècle, la bizarre fantaisie de chercher une analogie entre la prononciation des lettres et la forme qu'elles avaient dans l'écriture de ce temps. On l'avait pour-

[1] *i* cum *om. Cod.* y *rac.* y cum *rb.*

suivie dans le dernier détail pour les voyelles, les muettes et les semi-voyelles[1]. Nous ne donnerons ici comme échantillon de ces puérilités que ce qui est dit de la prononciation de l'A :

(R 130) Dubitatur . . . . . de figura huius vocalis *A*, quare formatur sic. Nam habet basim in inferiori parte, et habet conum superius in modum trianguli dispositum. Dici potest quod figura formatur in gutture sive in radice gutturis, aere ibidem dilatato; et ideo ab inferiori parte habet basim. Et quia motus instrumentorum aera confingit superius extendendo et coniungendo, ideo habet *A* conum superius; et quia aer est tantum aliquantulum dilatatus, ideo est ad modum trianguli.

§ II. — Particularités de l'orthographe du moyen âge.

Pour l'orthographe, on suivait les préceptes de Priscien. Cependant on y apportait quelques modifications que nous allons exposer, en suivant l'ordre qui était alors adopté[2].

I.

Au XIIe siècle on devait écrire *dii, diis, hii, hiis*, et prononcer par un seul *i* :

(P 49 v°) Qui in *dii* et *diis* ad differentiam *dis*, *hii* et *hiis* ad differentiam *is*, alterum *i* dampnant vel utrumque pronuntiant . . . . ., omnes qui sic emendant corruptores sunt librorum, non correctores.

Alexandre dit aussi (ch. XI) :

Hi profers et *di*; debet tamen *i* dupla scribi.

[1] Voir la glose *Admirantes* au Xe chapitre du Doctrinal sur *omnia preterita* (R 130), *qui rectos superant* (R 131), *vocalis brevis est* (R 134).

[2] C'était l'ordre alphabétique. Le mot *abecedarium* se trouve dans Pierre Hélie (N 4 v° et ailleurs).

On retrouve au XIVe siècle des préceptes semblables (D D 9 v°) :

Is vult plurali recto sextoque dativo
I duplex scribi simplexque legendo referri,
Ne par dicatur *eo* verbi vel videatur.
Sic quoque vult *idem*. Sed non dabat *hic* ita pridem.
I duc, sed simplex; tamen usus dat tibi duplex.

AU. EU.

Ces diphthongues étaient prononcées en Italie au XIIIe siècle :

(U 2) Diptongus qui terminatur in *u*, scribitur et profertur ex toto, [*au*][1], ut *audio*, *eu*, ut *eunuchus*.

Æ. Œ.

La diphthongue Æ s'écrivait encore au XIIe siècle; mais elle était certainement prononcée *e* du temps de Pierre Hélie, comme le montrent les passages suivants de son commentaire sur Priscien :

(N 51 v°. VI, 12) Nomina desinentia in *e* productam greca sunt . . . Si opponatur de *que*, dicemus quod non in *e* terminatur, sed in *ae*.

(*nb* 125 v°. XVII, 7) *Pre* semper preponitur in dictionibus, ut *prepono*. Sed opponitur de eo quod est *capra*, *capre;* in fine enim ponitur *pre;* similiter, cum dicitur *capreolus*. Ideo dico quod hoc dictum est de hac prepositione *pre*.

Il dit ailleurs (N 125. XV, 9) que beaucoup d'adverbes se terminent en *e*, comme le génitif de la première déclinaison.

Ce qu'on peut conclure de ces textes est formellement attesté au XIIIe siècle :

(U 5 v°) Quando (*e*) preponitur, tota diptongus scribitur et profertur, ut

Om. Cod.

unucus. Cum vero postponitur, pro parte scribitur et profertur, ut *foenum musae*.

(DD 2 R) Sed cum finit in *e* diptongus, more moderno
a vel *o* vix resonat, nec scribitur, ut caveatur
ae de diptongo sic fiat sillaba bina.

On écrivait et on prononçait avec diérèse *soloecismus* [1].

B.

(U 3) *B* litera magnum habet sonum in principio posita, ut *bibo, bibi*, maiorem in fine, ut *Iacob*, *Achab*, mediocrem, si intercipiatur, ut *ambesus*, *ambigo*.

C.

(U 4) *C* litera muta suaviter sonat, *e* vel *i* sequentibus, ut *cecitas*, nisi interponitur *r*, ut *cremium* [2]. Aliis iuncta vocalibus grande sonat, ut *cadit*, *codex*, *culpat*. Magis quoque sonat in principio quam in medio, ut *occidit*. In fine bene sonat.

D.

(U 4 v°) Hec litera plus sonat in principio, ut *dominus*, in medio et in fine debilius, ut *adheret*, *id*, *istud* et *quod*... Subtrahitur etiam, cum sequens sillaba ab *s* vel alia consonante incipit vel a *gn*, ut *aspiro*, *aspicio*, *ascribo*, *ascendo*, *asto*, *agnosco*, *agnitus*.

G.

(U 6) *G* litera muta est que, sequentibus *e* vel *i*, sonum suum servat, ut *georgica*, *gemma*, *gigno*, sequentibus vero aliis vocalibus, mutat sonum, ut *gallus*, *gobio*, *gula*.

H.

On faisait probablement sentir l'aspiration. Car on lit dans Pierre Hélie :

(N 5. I, 16) De *h* queritur utrum sit vox. Nos vero dicimus quod non

[1] Voir ci-dessous, ch. VII. — [2] Ce mot est sans doute altéré.

est vox, sed sonus. Neque enim plectro lingue formatur; sed ad modum tussis subripitur.

(U 6) Est . . . aspiratio aspera soni seu flatus spiratio, quam nature actio cum quodam anelitu ab interioribus producit[1]. Unde cum labore proferentis asperitas ictus aeris transmittitur per ysophagum usque ad lingue plectrum.

(U 6 v°) Circa dictiones aspirandas vel non multum solent tabelliones errare.

(U 7) (Dictiones multe sunt) que aspirantur in medio vel in quibus aspiratio ponitur post predictas quattuor consonantes *c p t r*, quales sunt *prehendo, michi, nichil, Philippus, Rhenus, thorus* et similia.

J.

Cette consonne s'est peut-être prononcée *dj* au milieu des mots, avant le XIIIe siècle. Alexandre (ch. XI) :

Dum teneant iotam vocales undique clausam,
Consona iota duplex. . . . . .
. . . . . .
Iotaque composita simplex est sepe reperta.

(R 127 *dum teneant*) Cum *i* ponitur inter duas vocales, respiciens utramque, ex utraque determinatur ante et post, et sic determinatur et perficitur quasi duplex sonus : quod satis ostendit antiqus modus pronunciandi in istis dictionibus *maior, maiestas*. . . . . Sed cum ponitur in principio dictionis, non determinatur nisi a parte post, et ideo non equipollet nisi unice consonanti. Sed quando ponitur in composita dictione (*comme dans « quadriiugus »*), aut ponitur in fine prime partis aut in principio subsequentis. Ideo magis dependet ad primam vel ad secundam. Quare ea non terminatur a parte ante et a parte post. Unde deficit sonus eius ex altera parte, et ita non accipitur pro duplici consonante.

Il se prononçait, au XIVe siècle, comme le *g* devant l'*e*, du moins au commencement des mots (DD 9 v°) :

Non amat ille Ihesum, qui fert ad prelia gesum.

[1] producitur *Cod.*

M.

(*S. V.* 188, f° 4)[1] In *circumeo*, *circumi*, *circumire*, *circumitus*, *circumitio*, *circumago*, et que ex his sunt, *m* scribitur, sed non profertur.

QU. SU.

Pierre Hélie :

(N 4 v°. I, 16) Nos vero dicimus quod *u* ibi (*dans « quis »*) est littera et vocalis plane. Sed quod non retinet ibi vim littere propter metrum dicitur, quoniam in metro nichil operatur, nec sonum plenum habet, sed collisim, ita tamen ut non omnino debeat taceri, sed cum quodam sibilo proferri.

Alexandre (ch. XI) :

Vocali preiungitur *u* non consona vimque
Perdit, et hoc *suavis*, *queror*, aut *aqua*, *lingua* probabunt.
Nam dyptongus ab *u* nostro non inchoat usu.
Mosque modernus habet quod, *s* preeunte,
Sillaba dividitur; tunc *u* vocalis habetur[2].

Au XIVe siècle on ne distinguait pas entre *qu* et *K* (DD 13 v°) :

Si clames, quantum poteris, dices male cantum;
Incipitur primum per *q*, sed per *c* secundum.

S.

(P 48) *S* ante *r* in latinis dictionibus pronunciari non potest, ut *dirigo*, *dirimo*, *dirumpo*. Dictiones que ab *s* incipiunt si componantur, ut vocalis ante *s* habeatur, aliquando, prout euphonia permiserit, molliter sonat, ut *desidero*, *preses*, *presum*, *desum*, et maxime in corruptis[3], ut *desipit*, *presul*. Aliquando vero propter euphoniam expresse pronunciatur, ut *desolata*, *designat*, *conservat*, *resisto*, *deservio*, *persequor*, *resurgo*.

(U 10) *S* litera semivocalis, si ponatur in principio dictionis, expresse

[1] Ce manuscrit est du XIIe siècle. Même précepte dans U 8 v° et CC *a* 30.

[2] Une glose (*rb* 15) cite en exemple un passage de l'*Aurora*, où Pierre Riga dit de Joseph « melle suavior. »

[3] correptis *Codd.*

pronunciatur, ut *solus*, *semel;* similiter in medio, si alia consonans sit iuxta eam, ut *considero*. Si vero consonans desit, non expresse sonat, ut *vesanus*. Nam cum inter vocales est, non habet sonum expressum, ut *esurit*, *deserit*, *rosa*. In aliquibus tamen ob euphoniam sonum suum exprimit, ut *presensit*. Idem est in quibusdam propriis, ut *Matusalem*, *Melchisedech*.

T.

(P 48 v°) Sonus *t* in fine dictionis debilitatur, ut *amat*, *docet*, et in omnibus, preter *at*, *tot*, *quot*, *quotquot*, *aliquot* ad differentiam, et *sat* et *atat* propter euphoniam. Precedente *s* vel *x*, sonus *t* non debilitatur, ut *modestia*, *questio*, *ustio*, *commixtio*. *Vitium*, quod *culpam* significat, per *t* scribendum est, quoniam a *vitando* derivatur, ab *exitu*, *exitium*, a *potu*, *potio; porcio* et *concio* per *c*.

(N 155 v°. XVII, 45)[1] *D* et *t* confundunt sonos suos adinvicem, ut pro *d* ponatur *t* et e converso. Quod faciunt barbari et maxime Theutonici pro *deus* dicentes *teus*. . . . . Sicut profertur *d* in hoc pronomine *id*, eodem modo pronunciatur *t*, cum dicimus *legit*, *capit*. Unde sunt quidam qui maxime nos reprehendunt, ut Hiberni. Volunt enim sic pronunciare *t* in *legit*, sicut in *tibi*, dicentes quod aliter nulla erit differentia inter *d* et *t*. Sed male reprehendunt, cum iste due littere invicem confundant sonos suos.

(U 11) *T* muta litera est que in principio dictionis posita magnum sonum habet, ut *tibi*, in medio [mediocrem][2], ut *retuli*, nisi geminetur, quia tunc bene sonat, in fine vero debiliter sonat, ut *legit*, *docet*. *At*[3] et *quit* verbum, scilicet *queo*, *quis*, *quit*, [retinent sonum suum ad differentiam de][4] *ad* et *quid* [pro *cur*][5]; item *sat* et *tot* causa euphonie. Item si *h* sit post *t*, retinet sonum suum, ut *Sabaoth*. Et licet precedat *n*, *r*, *s* vel *l*, non amittit sonum suum, ut *stant*, *aufert*, *est*, *vult* . . . . . Item *t* ante *i*, sequente alia vocali, assumit sonum *c*, ut *lectio*, *amatio*. Quod fallit quattuor modis : videlicet quando *s* vel *x* precedit, ut *Salustius*, *bestia*, *commixtio;* item quando aspiratur, ut *Emathia*, *Corinthios;* item causa differentie, ut *lis*, *litium*, ad differentiam de *hoc licium* pro instrumento tele, et *vitis*, *vitium*, ad differentiam

[1] Ce passage n'est pas dans *nb*.
[2] *Om. Cod.*
[3] quit pro cur *add. Cod.*
[4] *Om. Cod.*
[5] *Om. Cod.*

de *hoc vicium*, *vicii;* item quando *i* cadit in junctura compositionis, ut *vigintiunus* . . . Sane propterea non credas quod hic sonus *ci*, sequente vocali, semper debeat per *t* scribi, quia plerumque debet scribi per *c*, ut *facio*, *cis*, *socius*, *socii*. Quandoque autem per *t* et quandoque per *c* huiusmodi sillaba sit scribenda circumspectio provida scriptoris advertat ex derivatione, compositione, vel condeclinio dictionis.

(CC *a* 29 v°) Omne verbale desinens in *io* debet scribi per illas litteras per quas scribitur supinum a quo descendit. Unde si in supino sit *t*, et in verbali erit, ut *amatum*, *amatio*.

Alexandre cite *spacium, vicium, ocium,* parmi les mots qui ont *ac, ic, oc,* à la première syllabe (ch. x).

(DD 16) Si *t* prevenit *i*, vocali postveniente,
Sicut *c* resonat; hoc *dictio*, *lectio*, monstrat.

X.

(P 48 v°) *X* in simplicibus duplex sonat et ex utraque parte exprimitur, ut *dixi*, *vexi*, *duxi*, *exemplum*, *exodus*. In compositis autem ex parte *ex* prepositio sonat, manente vocali, ut *exaro, exhortor, exordior, exordium, exoro*. Quod si *ex* prepositio vocalem post se mutaverit, tunc expresse, hoc est ex utraque parte, sonat in corruptis, ut *eximius*, *exiguus*, *exhibeo, exigo, exerceo*, *eximo*. Et quod propter corruptionem exprimatur *x* in ipsis ostendunt eorum quedam preterita vel supina, que prepositio non corrumpit, et in quibus *x* duplex non sonat, ut *exemi, exemplum*, *exegi*, *exactum*[1]. In omnibus illis in quibus alterum componentium ab *s* incipit, *x* expresse sonat, ut *exurgo, exupero, exulto, exolvo, exuo* et cetera. Sciendum quoque quod si *ex* prepositio et verbum simile ablativo componantur, propter differentiam duplex *x* sonat, ut *exalto, exeo, exacerbo, exanimo*. . . In hoc nomine *examen*, quoniam vocalis non corrumpitur, sed de medio consonans aufertur, *x* tamen ex parte prepositionis sonat et in verbo suo similiter, ut *examino*.

(U 11 v°) *S* post *x* stare nullo modo potest. Cuius ratio et probatio talis erit. Nulla consonans secundum Priscianum[2] potest geminari, alia conso-

[1] Voir plus haut, p. 79.

[2] Priscien, I, 43.

nante precedente vel sequente. Si autem post *x* scriberetur *s*, tunc *s* geminaretur, precedente alia consonante, videlicet *c*.

Y.

(U 12 v°) Hec figura *y* secundum Priscianum[1] et Uguccionem solum in dictionibus ponitur peregrinis, id est grecis vel barbaris vel ab eis detortis. Quidam tamen dixerunt quod, ubicunque et aspiratio ponitur post *c*, *t*, *p* vel *r* et post aspirationem ponitur *i*, illud *i* debet scribi figura greci *y* cum puncto superius ducto, quia pronunciatio illius greci *y* secundum eos ad sonum talium aspirationum accedit. Quam rationem forsan ex ingenii vel lingue grossitie intelligere nequeo. Nec *michy* pronomen ita scriptum recolo invenisse.

(*rb* 15 v°) *Y* grecum habet sonum grossum, *i* latinum habet sonum exilem.

Z.

Z entre deux voyelles comptait pour une consonne double dans la versification :

(R 127 *zeta*) Hec... littera dicitur esse duplex consonans, et hoc quando intra[2] dictionem simplicem ponitur, ut *gaza*, *obrizo*. Sed quando est in principio dictionis simplicis, ut *Zetus*, aut in medio composite, ita quod sit initio alterius dictionis componentis, ut patet in hac dictione composita *perizoma*, tunc valet simplicem consonantem.

CHAPITRE III.

ETHIMOLOGIA.

Ce mot, qui est toujours écrit avec un *th* depuis le XIIIe siècle, et que l'on dérivait « ab *ethimos*, quod est flos, et *logos*, quod est sermo » (*S. V.* 658, f° 2), a pris, depuis cette époque, une acception plus étendue. Pierre Hélie le définissait ainsi :

(N 2. *Spec.* c. 3) Ethimologia ..... est expositio alicuius vocabuli per

[1] Priscien, I, 8.

[2] infra *Cod.*

aliud vocabulum, sive unum sive plura magis nota, secundum rei proprietatem et litterarum similitudinem, ut *lapis* quasi ledens pedem, *fenestra* quasi ferens nos extra; hic enim rei proprietas attenditur et litterarum similitudo observatur . . . ut dicatur ethimologia quasi veriloquium, quoniam qui ethimologizat veram, id est primam, vocabuli originem assignat. Differt autem ab interpretatione, que est translatio de una loquela in aliam; ethimologia vero fit sepius in eadem loquela.

En général les étymologies données par Pierre Hélie sont obtenues par composition, et il distingue même l'*ethimologia* de la *compositio* entendue de la formation des mots. Ainsi :

(N 28. II, 58) *Mancus* dicitur quasi manu carens; et videtur ethimologia esse, non compositio.

(N 32 v°. III, 40) *Gladius* dicitur quasi gulam dividens per ethimologiam.

(N 44. V, 14) *Cadaver* dicitur quasi caro data vermibus, et est ethimologia. Vel a carendo dicitur, eo quod careat debito honore sepulchri.

Au XIIIe siècle l'*ethimologia* comprend tout ce qui est relatif aux déclinaisons, aux conjugaisons et à la formation des mots [1], mais n'exclut pas l'étude de leur signification : « Docet, » dit la glose *Admirantes* (*ra* 1 v°), « aspirare [2], declinare, inspicere [3] vim dictionum. »

Les innovations apportées à la tradition antique portent sur la définition des parties du discours et de leurs accidents, sur quelques points de la théorie de la forme des mots, enfin sur certains préceptes que l'usage contemporain ou la tradition des écoles avaient consacrés.

[1] Jean de Gènes, *Catholicon* (initio) : « Sub ista (ethimologia) comprehenduntur octo partes orationis et earum accidentia. »

[2] inspirare *Cod. Ce passage est omis dans R.*

[3] aspicere *Cod.*

I. DÉFINITION DES PARTIES DU DISCOURS ET DE LEURS ACCIDENTS.

Au XIIe siècle, les controverses de logique qui passionnaient les écoles de Paris introduisirent en grammaire la distinction entre la signification d'un mot et sa manière de signifier (*modus significandi*), celle des noms en substantifs et adjectifs, et firent entrer dans la définition grammaticale du verbe l'idée qu'il exprime l'affirmation. Au XIIIe siècle, on adopta toutes ces modifications de la tradition antique; en outre on développa systématiquement l'idée du *modus significandi,* de manière à transformer toutes les définitions des parties du discours et de leurs accidents en les plaçant dans les cadres symétriques d'une terminologie des plus précises, conforme aux lois de l'analogie la plus rigoureuse. Cette terminologie, qui nous paraît aujourd'hui hérissée et barbare, ne produisait pas alors cet effet. Les *modi significandi* étaient appelés les fleurs de la grammaire[1], et ce n'est qu'à la renaissance qu'on leur trouva mauvaise odeur. Dans les facultés des arts on argumentait *de modis significandi;* et l'on conçoit que cette théorie se prêtât aux disputes, qui étaient alors l'exercice principal, pour ne pas dire unique, des écoles. On y voyait d'ailleurs le fondement de la syntaxe et les principes de la construction[2]. Il serait intéressant de l'étudier dans son développement et sa formation. Mais, pour cela, les documents nous manquent complétement entre Pierre Hélie, où elle se rencontre en germe, et Robert

[1] Jean de Marville en tête de son poëme *De modis significandi* (CC 1):

Ut flos gramatice pingatur corde minoris,
Hunc grafico metrice punctu stimulatus amoris.

[2] Henri de Crissey sur Jean de Marville (*cc* 120) : « Causa finalis huius libri est ut per doctrinam huius libri, qui est declaratio modorum significandi, qui sunt flores gramatice, ut postea apparebit, iuvenis deveniat ad notitiam earum constructionum que fiunt per debitam proportionem et convenientiam modorum significandi. »

Kilwardby, où elle nous apparaît sous des formes plus arrêtées [1]. Elle est tellement symétrique et systématique, qu'elle semble avoir été l'œuvre d'une seule intelligence [2].

Vincent de Beauvais a donné, dans le second livre de son *Speculum doctrinale,* de nombreux extraits de la partie du commentaire de Pierre Hélie qui contient les définitions des parties du discours et de leurs accidents. J'y renvoie le lecteur. Je n'insisterai que sur ce qui a eu de l'importance dans l'histoire des doctrines grammaticales et sur ce que Vincent de Beauvais n'a pas cité. J'exposerai en détail la théorie des *modi significandi* d'après Michel de Marbais, qui paraît avoir eu plus d'autorité que les autres grammairiens où elle se trouve [3].

§ I. — Du *modus significandi.*

XIIe siècle. — Les grammairiens grecs, et, d'après eux, Priscien, enseignaient que, pour diviser convenablement les parties du discours, il fallait considérer attentivement le *propre* de chacune d'elles (*ἴδιον*, *ἰδίωμα*, *proprium*, *proprietates significationum*), c'est-à-dire l'attribut qui convient à chacune d'elles dans toute son étendue et à l'exclusion des autres [4]. Les logiciens du XIIe siècle furent amenés à cette considération par une

[1] On trouve chez lui (V 16) la distinction entre les *modi significandi essentiales* et les *accidentales* employée comme connue et établie.

[2] Elle n'entrait sans doute pas dans l'enseignement élémentaire; car on n'en trouve pas trace dans les grammaires rédigées en français, au XIVe siècle, d'après le *Donatus minor.* Je donnerai plus bas, successivement, leur terminologie d'après les manuscrits HH *a*, II *a*, qui sont de la fin du XIVe siècle.

[3] Elle est exposée dans le traité de Michel de Marbais (X), dans un traité incomplet de Siger de Brabant (W), dans un traité anonyme du XIIIe siècle rédigé sous forme de questions (BB), dans le poëme de Jean de Marville (CC) commenté par Henri de Crissey (*cc*), enfin dans l'ouvrage attribué à Duns Scot et imprimé au premier volume de ses œuvres complètes (Lugduni, I, 45-76), sous le titre de *Grammatica speculativa sive de modis significandi.*

[4] Priscien, II, 17. Scholiaste de Denys le Thrace (Bekker, *Anecdota*, 843, 1).

autre voie, qui, en les conduisant à voir la même idée sous un autre aspect, leur suggéra une autre dénomination. On demandait si le temps présent, qui, en logique, constitue la différence spécifique du verbe, ne convient pas aussi bien aux noms. Abélard :

(L 129 v°) Quod itaque tempus verbis accidit hoc etiam nominibus congruit, presens scilicet, sive ea sint substantie sive adiacentie vocabula. Sicut enim album ex presenti albedine datum est, ita etiam homo ex presenti substantia animal rationale mortale, et quem hominem dicis iam animal rationale mortale ipsum ostenditur, et tantundem hominis vocabulum sonat, quantum qui presentialiter est animal rationale mortale. Non tam igitur in significatione temporis nomen a verbo recedere videtur, quam in modo significandi. Verbum enim, quod solum[1] inherentiam facit, in eo tempus quoque designat quod inherentiam rei sue ad subiectam personam in tempore denotat. Nomen autem inherendi significationem non tenet, nec aliquid, quemadmodum verbum, inherere proponit, etsi rem aliquando ut inherentem determinet, ut *album* albedinem tanquam adiacentem atque inherentem significat; non tamen vel adiacere vel inherere proponit, sicut verbum facit, quod etiam substantivi verbi copulationem adiunctam proprie significationi continet; tantundem enim *currit* verbum proponit, quantum *est currens* dicere.

Cette expression de *modus significandi*, sans doute tirée de Boëce[2], fut adoptée par les grammairiens pour désigner ce que Priscien appelle *proprietates significationum* des parties du discours. Pierre Hélie l'emploie ainsi en discutant la définition de la partie du discours en général :

[1] solam *Cod.*

[2] Boëce, *De Interpretatione*, p. 309 : « Aliud est enim significare tempus, aliud consignificare. Verbum enim cum aliquo proprio modo tempus quoque significat, ut cum agentis vel patientis modum demonstrat. » *De Divisione*, p. 646 : « Alio autem modo (fit divisio vocis) secundum modum; hæc enim plura non significant, sed pluribus modis : ut cum dicimus *infinitum*, unam rem quidem significat, sed multis modis. »

(N 16. II, 15) Pars . . . orationis, ut ipsemet[1] Priscianus[2] dicit in tractatu participii, est vox indicans mentis conceptum[3] . . . . . Dicunt . . . . . quam[4] plures quod nulla dictio est pars orationis, sed plurium dictionum simul collectio. Hii vero sic describunt : Pars orationis est[5] collectio dictionum in eadem diffinitione[6] et in[7] eisdem accidentibus convenientium : ut omnia nomina conveniunt[8] in nominis descriptione et in[9] accidentibus, cum habeant genera et casus et cetera huiusmodi; et sic omnium nominum simul collectio est illa[10] pars orationis que est nomen, ita scilicet quod nullum nomen est illa pars orationis[11], secundum quod hoc nomen *homo* non est illa pars orationis, sed de illa[12] parte. Contra quod tamen videtur Priscianus esse[13], cum describat[14] dictionem hoc modo : dictio est pars orationis et cetera. Ecce quod[15] dictionem dixit[16] esse[17] partem orationis : quod prior[18] sententia[19] non habet. Sed qui tenent eam[20] solvunt hoc dicentes[21] illud esse dictum de parte integrali. Cum enim dicit[22] Priscianus quod dictio est pars orationis, pars[23] integralis intelligitur, non quod dictio[24] aliqua sit hec pars orationis nomen vel alia[25]. Contra quod[26] iterum[27] videtur plane[28] esse Priscianus, cum dicat quod[29] pars orationis est vox indicans mentis conceptum. Si enim hec[30] est sufficiens[31] descriptio, ergo, quia hec dictio *homo* est vox talis, et ipsa est pars aliqua[32] orationis, id est vel hec pars orationis[33] nomen vel hec[34] verbum

[1] *Om. na.*
[2] XI, 7. — Priscianus *post* dicit *na.*
[3] affectum *na.*
[4] *Om. na.*
[5] *Om. na.*
[6] dictione N.
[7] *Om. na.*
[8] conveniant N.
[9] *Om. na.*
[10] *Om. na.*
[11] *Om. na.*
[12] *Om. na.*
[13] esse *ante* Priscianus *na.*
[14] II, 14.
[15] *Om. na.*
[16] dicit *na.*
[17] *Om. na.*
[18] superior *na.*
Dans l'enseignement élémentaire, on rencontre la définition de Donat chez les uns :

(I I *a* 22 v°) Qu'est pronon? une partie d'oroison qui senefie presque autant comme non et reçoit aucune foiz certainne persone.

Les autres donnent celle de Priscien :

(H H *a* 9). . . une partie d'oreson qui est mise en lieu de propre non et senefie certaine persone.

Cependant les uns et les autres donnent à la fois la division de Donat et celle de Priscien :

(HH *a* 9) Quantes qualités de pronon sont? II. Quelles? la fenie, qui rechoit personne, si comme *ego*, *tu*, *ille*, l'infenie, qui ne rechoit pas personne, si comme *quis*, *que*, *quod*. . . Quans pronons sont? XV. Quiex? VIII primitis et VII derivatis. Qui sont les VIII primitis? *ego*, *tu*, *sui*, *ille*, *iste*, *ipse*, *hic* et *is*. Qui sont les VII derivatis? *meus*, *tuus*, *suus*, *noster* et *vester*, *nostras* et *vestras*.

§ VI. — Du verbe.

XIIe SIÈCLE. — C'est évidemment à l'influence de la logique, cultivée en ce temps avec tant d'ardeur, qu'il faut attribuer la modification importante que subit alors la théorie traditionnelle du verbe. Chez les anciens, et même jusqu'au XIIe siècle, la logique définissait le verbe autrement que la grammaire; car ces deux sciences, qui, à leur naissance, ont agi si puissamment l'une sur l'autre, sont restées séparées depuis Aristarque. Les logiciens ne reconnaissaient que deux parties du discours, le nom et le verbe; les grammairiens en admettaient huit : le nom, le pronom, le verbe, le participe, l'adverbe, la préposition, la conjonction, et l'article, ou, chez les Latins, l'interjection. Les logiciens adoptaient les définitions qu'Aristote avait données du nom et du verbe dans le περὶ Ἑρμηνείας, et que je cite d'après la traduction de Boèce suivie au moyen âge :

Nomen ..... est vox significativa ad placitum, sine tempore, cuius nulla pars est significativa separata (p. 308).

Verbum autem est quod consignificat tempus, cuius pars nihil extra significat, et est semper eorum quæ de altero prædicantur nota (p. 313).

Les grammairiens définissaient le nom autrement :

Nomen est pars orationis quæ unicuique subiectorum corporum seu rerum communem vel propriam qualitatem distribuit (Priscien, II, 22).

Dans leur définition du verbe, ils tiennent compte de la voix et du mode :

Verbum est pars orationis cum temporibus et modis, sine casu, agendi vel patiendi significativum (Priscien, VIII, 1).

Mais ils n'ajoutent rien qui indique que le verbe ait pour fonction d'exprimer l'affirmation. Ce qui est remarquable, c'est qu'ils n'aient pas songé à emprunter à la logique les idées et les termes de *propositio, termini, subjectum, prædicatum,* ni à chercher des expressions équivalentes. Il est évident que Priscien, et par conséquent Apollonius et Hérodien, qu'il a suivis partout, n'ont que des idées fort vagues de ce que sont un sujet et un attribut, et manquent de termes pour les exprimer. Il en est de même des grammairiens qui sont venus après Priscien. Alcuin cite parallèlement dans sa grammaire (pp. 2087, 2107 P) les définitions du nom et du verbe suivant les *philosophes,* c'est-à-dire les définitions d'Aristote, et les définitions des mêmes espèces de mots suivant les grammairiens, d'après Donat et Priscien; et il n'a pas pensé à les corriger les unes par les autres. Au XIIe siècle, où la controverse du nominalisme et du réalisme avait appelé l'attention sur la signification et l'emploi des mots, où l'on avait même imaginé le mot *copula* pour désigner le verbe substantif qui unit les deux termes du jugement[1], les grammairiens furent conduits à ajouter à la définition du verbe le complément que leur fournissait la logique, et les logiciens insistèrent plus que leurs prédécesseurs ne l'avaient fait sur la fonction remplie par le verbe substantif. Ce terme fut même alors introduit dans la logique,

[1] Prantl (*Geschichte der Logik im Abendlande,* II, 196) signale ce mot comme se rencontrant pour la première fois dans la dialectique d'Abélard, par exemple, p. 246 et ailleurs. Boèce a pu le suggérer, *De Interpr. ed. sec.* p. 305.

à laquelle il était jusque-là demeuré étranger, et amena avec lui beaucoup d'obscurités. Priscien, qui traduit toujours le mot grec ὕπαρξις, *existence,* par *substantia,* traduisit aussi le grec ὑπαρκτικὸν ῥῆμα, *verbe d'existence,* par *verbum substantivum*[1] : expression malheureuse et équivoque, qui tendait à faire confondre les idées d'*existence* et de *substance,* et qui amena en effet les logiciens et les grammairiens du XIIe siècle à entendre par *verbum substantivum,* non pas le verbe qui signifie l'*existence,* mais le verbe qui signifie la *substance.* Il était difficile d'arriver ainsi à quelque chose de satisfaisant, et je n'entreprendrai pas ici de débrouiller les subtilités où s'est embarrassée la pensée d'Abélard. Je me contenterai d'exposer les idées du grammairien Pierre Hélie, qu'il est de mon sujet de faire connaître, et qui sont d'ailleurs beaucoup plus faciles à saisir.

Pierre Hélie combine Aristote et Priscien. Suivant lui, le verbe exprime en même temps l'affirmation et l'action ou la passion :

(N 17 v°. II, 15) In omni perfecta oratione dicitur aliquid et de aliquo. Fuit igitur repertum nomen ad discernendum de quo est sermo, verbum vero ad discernendum quid dicitur de eo.

(N 18 v°. II, 15) Reperta sunt itaque verba ad designandum quid de altero dicitur et primo propter actionem et passionem... Placuit vero postea hominibus locutionem extendere, ut non solum actionem vel passionem de substantia vellent dicere, verum etiam cetera accidentia de ipsa predicare. Reperta sunt itaque verba que vel qualitates vel cetera accidentia significarent. Sed horum positio verborum prius repertorum positionem secuta

[1] Priscien est le seul grammairien latin qui emploie cette expression, et il l'introduit de manière à faire penser qu'elle est de son invention (VIII, 51). Il traduit toujours ὕπαρξις par *substantia.* Cf. Apollonius, *De Constr.* 19, 7; 261, 22 (éd. Bekker), et Priscien, XVII, 23; VIII, 63. Priscien confond évidemment les idées de οὐσία et de ὕπαρξις dans un passage (XVII, 77) où Apollonius n'a pas commis cette faute (*De Constr.* 115, 20).

est, ut, quamvis verbum aliquod significet qualitatem, ut *albet*, modo tamen actionis vel passionis significet, id est cum tempore, in verbali terminatione, et ut de altero dicitur.

Pierre Hélie ramène le verbe de la *substance* à l'idée d'action, en disant qu'il désigne la substance en tant qu'elle *unit* les accidents entre eux et avec elle (N 18 v°. II, 15. *Spec.* c. 74-75). Il définit de la même manière les verbes que Priscien appelle *vocativa*, qui signifient *appeler* au passif :

(*nb* 133 v°. XVII, 35) Substantia non solum aliarum rerum, sed etiam nominum unitiva [est] [1] sibi et aliis rebus. Substantie enim primo imposita sunt nomina... Verbum itaque vocativum repertum est ad significandum substantiam, secundum quod unitiva est sibi nominum et aliis rebus...., sicut substantivum repertum est ad designandum substantiam, secundum quod unitiva [est] [2] aliarum rerum sibi et inter se.

Il ne décompose pas les autres verbes au moyen du verbe substantif :

(N 72 v°. VIII, 51) Quoniam verbum substantivum significat substantiam ut unitiva est aliorum sibi et inter se, inde est quod ipsum copulativum est quorumlibet substantialium vel accidentalium cum substantia subiecta vel etiam inter se. Cetera verba se ipsa solummodo copulant cum subiectis et non alia, ut *Socrates legit* et consimilia.

Il n'explique pas clairement en quoi il distingue l'action signifiée par un substantif de la même action signifiée par un verbe. Le verbe signifierait l'action *ut de altero dicitur*, d'après ce qu'il dit lui-même du verbe substantif :

(N 72 v°. VIII, 51) *Sum* verbum substantivum hoc idem significat quod *ens*, sed ut dicitur de altero, et hoc unum interest.

[1] *Om. Cod.* — [2] *Om. Cod.*

Mais, quand il traite la question, il ne s'exprime pas nettement :

(N 61. VIII, 1) Puto quod, si proprie loqui velimus, dicendum erit quod nomina verbalia, ut *lectio*, *visio* et similia, significant actionem et passionem, cuiusmodi auctor iste [1] res verborum appellat, verba vero agere et pati significant, quod non habent nomina verbalia.

Ailleurs il définit le nom comme la matière, et le verbe comme la forme :

(*nb* 133 v°. XVII, 36) Ut autem de substantia verbi ad similitudinem substantie nominis loquar, substantia verbi, ut quasi a subsistendo dicatur, est ipsum agere vel pati, verbi gratia ut *legere*. Substantia quoque verbi, ut quasi a substando dicatur, est ipsa actio verbi, verbi gratia ut *lectio*... Lectio non semper in actu est; cum autem quis legit, tunc est. Lectio itaque est quasi subpositum; actus vero legendi est ipsum legere et quasi forma est; omne namque esse ex forma. Lectio vero non aliter nec per aliud, nisi quantum quis legit. Omne enim verbum formam actionis vel passionis significat, id est agere vel pati. Et quoniam nota semper eius est [quod] [2] de altero dicitur, semper verbum absque dubio suam ponit significationem, ut *lego gis git*, et semper declarat, cum et nota sit eius quod de altero dicitur et suam significationem ponat. Nullum autem interrogativum declarat vel ponit, sed confundit propter dubitationem et interrogationem; ideoque nullum interrogativum verbum esse potuit.

XIIIe SIÈCLE. — Le verbe, par sa manière de signifier générale, désigne la chose en tant que s'*écoulant* et *devenant*. Par sa manière de signifier spécifique, il la désigne en tant que pouvant être énoncée d'autre chose, *per modum de altero dicibilis*, ou en tant que formant un des termes de la proposition, celui qui est placé à l'opposite et à distance du sujet, *per modum di-*

[1] Priscien, XVIII, 56. — [2] *Om. Cod.*

stantis. C'est par là qu'il se distingue du participe, qui signifie aussi la chose en tant que s'écoulant et devenant, mais qui, d'après Priscien, la signifie aussi comme unie à la substance qui agit ou qui pâtit :

(X 17 v°) Duo... sunt modi essentiales ipsius verbi, scilicet modus significandi fluxus vel fieri et modus significandi dicibilis de alio..... Hoc specialiter patet ex dictis antiquorum sane tamen intellectis, quia ipsi communiter dicunt quod ipsum verbum significat agere vel pati, sive actionem vel passionem, quod idem est. Et hoc non est intelligendum de actione vel passione vera existente in predicamento actionis vel passionis. Non enim verbum, unde verbum est, significat huiusmodi veram actionem vel passionem, sicut de se patet. Propter quod intelligendum est verbum significare actionem vel passionem pro tanto quod ipsum significat quicquid significat sub modo essendi vel proprietate fluxus vel fieri, qui quidem est modus actionis vel passionis, eo quod omnis actio vel passio est in quodam fluxu vel fieri sive in quadam transmutatione. Unde sicut quicquid permanet per naturam substantie permanet, sic. etiam quicquid fluit vel in fieri est per naturam actionis vel passionis sive motus fluit vel in fieri est... Illud quod est in fluxu vel fieri est aptum natum dici de subiecto vel enunciari. Unde habet proprietatem vel modum essendi de alio dicibilis..... Et ideo ipsi verbo conceditur quidam modus significandi correspondens tali proprietati... Et hoc est quod philosophus voluit designare in primo Periarmenyas [1], cum dicit quod verbum est eorum que de altero dicuntur nota... Hinc est quod ipsum tenet alium situm in oratione, et in ea facit alterum extremum. Propter quod ad istam intentionem dici potest quod verbum significat sub ratione distantis, eo quod omne illud quod enunciatur de altero in oratione distat ab eo. Unde per istam distantiam verbi non est intelligendus aliquis modus significandi qui existens in eo designet aliquam distantiam in re verbali. Sed per istam distantiam intelligenda est quedam remotio situs verbi a situ nominis..... Ex quo statim apparet quod illi qui posuerunt modum distantis esse quendam modum significandi essentialem verbi graviter peccaverunt . . . (X 18 v°) Verbum igitur est pars orationis significans per modum fieri de altero dicibilis.

[1] Aristote, *De Interpr.* III, 16 b 8.

Dans l'enseignement élémentaire on combinait les définitions de Donat et de Priscien :

(HH *a* 9) Qu'est verbe? c'est une partie d'oreson qui senefie feire [1] ou souffrir avec [2] meufs [3], temps, formes et persones [4] du verbe [5], sans case [6].

§ VII. — Accidents du verbe.

XIIe SIÈCLE. — Pierre Hélie exclut de la définition du temps toute idée de durée, doctrine qui a prévalu au moyen âge. Il emploie encore ici des expressions empruntées au traité des *Catégories* traduit par Boèce :

(N 61 v°. VIII, 1) Nec illud dico quod verbum consignificet tempus quantitative, quod antiqui dicebant, sed potius quod consignificat tempus ut ad predicamentum « quando » pertinet. Qui enim dicit *cucurri* actum quidem currendi..... principaliter designat, sed quando significat secundario.

Il ne motive pas, du reste, sa manière de voir, mais il discute longuement la question de savoir si le présent se rapporte au moment même où le verbe est prononcé, question difficile à résoudre, dès que toute idée de durée est exclue du temps des verbes :

(N 68. VIII, 38. *Spec.* c. 84) Queritur utrum verbum quod consignificat presens tempus consignificet illud presens in quo profertur, vel aliud. Et sunt qui dicant verbum consignificare presens in quo profertur, ut *lego*. Unde si tunc est ita in re, verum est; si non, falsum. Quod si ita est, nunquam veraciter potest aliquis dicere vel *taceo*, vel *non loquor*, vel *bibo*, vel *dormio*. Ideoque dixerunt alii quod verbum presentis temporis consignificat

[1] faire II *a* 23 fere II *a* 47 v°.
[2] o II *a* (répété devant chacun des mots suivants).
[3] mues II *a*.
[4] personnes II *a* 47 v°.
[5] du verbe *om.* II *a*.
[6] cases II *a*.

presens illud in quo incipit proferri. Unde vere possumus dicere *taceo*, vel *non loquor*, vel *bibo*, vel *dormio*, et similia; quia, etsi non taceat, quando dicit hoc, tacebat tamen, quando dicere incepit. Sed queritur ab eis, quando dicunt *taceo*, si verum vel falsum est tunc quod dicunt. Quod si tunc est verum, nulla est eorum solutio, quia iam preteriit tempus in quo incepit proferri, et necesse est ut significet tempus in quo profertur. Sin autem tunc est falsum, nunquam postea verum dicitur. Propterea ergo dicunt alii quod verbum presentis temporis consignificat illud presens in quo res sua agitur. Sed secundum istos semper verum diceret quicunque diceret *lego*. Alii dicunt quod verbum consignificat presens tempus ita quod non aliquod presens; et sic nullum predictorum obviat. Nos tamen dicimus quod verbum non consignificat presens tempus, sed significat aliquid in presenti tempore. Non minus tamen incumbunt eedem oppositiones; ideoque dicimus quod consignificat in presenti ita quod non in aliquo presenti.

XIIIe SIÈCLE. — Les accidents du verbe,

secundum Donatum, sunt septem numero, scilicet modus, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona (X 19).

(X 19) Modus... est quidam modus significandi datus verbo ad designandum rem ut cadit sub affectu determinato vel indeterminato... Indicativus, etc., ut cadit sub affectu indicantis.... Imperativus, etc., sub affectu imperantis... Optativus, etc., optantis... Coniunctivus, etc., dubitantis... Infinitivus, etc., sub affectu indeterminato... Ipse modus in nulla alia parte reperitur, quam in verbo. Cuius ratio est, quia ipse presupponit modum significandi dicibilis de altero sive enunciabilis, sicut etiam modus significandi qui dicitur tempus presupponit modum significandi fluxus vel fieri. Ipsum enim fieri non cadit sub aliquo affectu indicantis vel imperantis et sic de aliis, nisi secundum quod est de altero enunciabile a nobis, sicut etiam ipsum fieri non cadit in tempore, nisi secundum quod est in fluxu vel transmutatione.

(X 19 v°) Coniugatio in verbo non est aliquis modus significandi, sed est quedam vocis variatio.

(X 20) Genus..... est quidam modus significandi datus verbo ad desig-

nandum rem vel actum sub modo essendi, secundum quod remanet in suo agente, vel sub modo essendi secundum quod transit in alterum, vel sub modo essendi secundum quod recipitur in altero ab ipso agente..... Loquendo realiter, commune genus verbi non est unum genus, sed potius duo genera in aliqua una voce verbali equivoce reperta..... Similiter deponens genus non est aliquod genus, nisi activum vel passivum vel neutrum.

(X 21) Est..... quoddam tempus quod est continua quantitas; et tale tempus est mensura motus et quietis, motus per se et quietis per accidens, ut patet ex quarto Phisicorum[1]..... Et huiusmodi tempus non est de consideratione gramatici sed philosophi naturalis. Aliud autem est tempus quod est quidam modus significandi datus alicui voci ad designandum diversas partes temporis reales, utpote presentationem, preteritionem vel futuritionem... Omnis actus vel operatio fit in aliquo tempore, cum tempus sit mensura motus et quietis... Tempus est quidam modus significandi datus verbo ad designandum actum, ut cadit sub parte temporis presentis, preteriti vel futuri.

Dans l'enseignement élémentaire, voici comment on traitait des accidents du verbe :

(II *a* 23) Quantes choses eschient au verbe? VII. Queles? muef[2], coniugation, genre, nombre, figure, temps, persone. Quanz mues[3] sont? V. Quiex? l'indicatif, l'impératif, l'optatif, le coniunctif, l'infinitif. L'indicatif demoustre[4], si comme *lego;* l'impératif commande[5], si comme *Petre lege;* le optatif desirre[6], si comme *utinam legerem;* le coniunctif conioint, ut *cum legam;* li infinitif est infini[7] en nombres et en persones, si comme *legere.* Le sisième muef du verbe est l'impersonel, si comme *legitur, l'en list.* Quanz temps a l'indicatif? V. Quiex? le présent, le prétèrit non parfait[8], le prétèrit parfait[9], le prétèrit plus que parfait et le futur. Li verbe du présent senefie chose présente, si comme *lego, ie lis.* Le verbe du prétèrit non parfait

[1] Aristote, *Phys. ausc.* IV, 12. 221 b 27.
[2] meuf H H *a*.
[3] meufs H H *a*.
[4] demonstre H H *a*.
[5] commende H H *a*.
[6] desire H H *a*.
[7] est infini — fenist *Cod.*
[8] non parfait — imparfet H H *a* nient parfait II *a* 47.
[9] parfet H H *a constamment.*

senefie chose commenciée non pas parfaite, si comme *legebam*, *ie lisoie*. Le verbe du prétèrit parfait senefie chose parfaite, si comme *legi*, *ie lui* ou *ai leu* ou *o leu*. Le verbe du prétèrit plus que parfait senefie chose plus que parfaite, si comme *legeram*, *ie avoie leu*. Le verbe du futur senefie chose à venir, si comme *legam*, *ie lirai*.

(H H *a* 9 v°) Quantes formes[1] du verbe sont? IIII. Quelles? la perfeite, si comme *lego:* la méditative, si comme *lecturio;* la fréquentative, si comme *legito;* l'inchoative, si comme *fervesco*, *calesco*.... Quans genres de verbe sont? V. Quiex? l'actif[2], le passif, le neutre, le déponent et le commun.

Michel de Marbais range parmi les manières de signifier accidentelles, qui n'ont pas été mentionnées par Donat et Priscien, celles en vertu desquelles le verbe se construit avec le génitif, le datif, l'ablatif, enfin celle par laquelle le verbe signifie « per modum specificabilis, ut patet in verbis substantivis et vocativis » (X 22 v°).

Il ne parle pas des verbes adjectifs (*verba adjectiva*), expression généralement employée au XIIIe siècle et qui se rencontre dans le Grécisme d'Évrard de Béthune (ch. XX) :

Ars substantiva tria fert tantummodo verba :
Sum, simul *existo*, *fio;* nil amplius addo.
Sisto, vel *consto*, *sto*, *persisto* quasi substant.
Quinque vocativa dicas tantummodo verba :
Nominor, *appellor*, et *nuncupor*, et *voco*, *dicor*
Ast adiectiva fore dicas cetera verba.

Une glose explique ainsi ces dénominations :

(*qa* 44) (Verba substantiva) copulant substantialem formam. — Verba vocativa copulant propriam qualitatem, que habet[3] tantummodo significari proprio nomine. Habent etiam naturam evocandi nomen a tertia personali-

[1] fourmes I I *a* 23 v°.
[2] auctif I I *a constamment*.
[3] que habet — quia habent *Cod.*

tate ad primam et ad secundam. — (Verba adiectiva) habent copulare accidentalem formam. Et est accidentalis forma que non habet esse, nisi in re in qua est, ut albedo. Substantialis forma est que facit rem esse id quod est, sine qua res non potest esse, ut humanitas.

Michel de Marbais, qui se demande comment les verbes *substantifs* peuvent signifier une action, répond ainsi :

(X 18 v°) Ipsa verba substantiva non dicuntur significare substantiam, quia veram substantiam significent nec etiam quia per modum substantie significent (iam enim essent nomina vel pronomina), sed pro tanto quia significant actum in natura substantie primo repertum. Illud enim quod primo apparet nobis de re, hoc est ipsum esse. Unde omnes alii actus vel operationes ipsius substantie presupponunt ipsum esse sive fieri vel existere, sicut patet in hiis actibus *currere*, *stare*, *sedere* et consimilibus.

§ VIII. — Du participe.

Priscien dit en passant (XI, 25; XVII, 82) que tout participe est l'équivalent de *qui, quæ, quod,* qu'il appelle *nomen substantivum* ou *infinitum,* et d'un verbe; *amans* est pour *qui amat* (XVII, 82) : « Loco participii quod et substantiam ipsius qui agit vel patitur, et actum vel passionem significat, accipitur nomen substantivum cum verbo. » Il n'insiste pas d'ailleurs sur cette idée et ne s'en sert pas pour définir le participe. Pierre Hélie le remarque :

(N 90. XI, 8) Videndum est quod participium tribus modis consideratur, scilicet secundum significationem, id est secundum hoc quod significat substantiam agentem vel patientem vel in presenti vel in preterito vel in futuro. Consideratur quoque participium secundum rationem et causam nominis, ut quia capit partem a nomine, partem a verbo. Consideratur etiam secundum causam inventionis . . . Sed cum tot modis consideretur, videtur ut ab auctore secundum causam inventionis describatur.

Et il fait de cette signification du participe son *modus significandi*[1].

On ne trouve d'ailleurs dans le commentaire de Pierre Hélie aucune explication sur ce point. Mais, comme Priscien dit que c'est par leur signification propre que les parties du discours se distinguent entre elles, les grammairiens du XIIIe siècle firent de la signification du participe la manière de signifier spécifique de cette partie du discours :

(X 22 v°) Duo... sunt modi essentiales ipsius participii, scilicet modus significandi fluxus vel fieri et modus significandi uniti vel concreti cum substantia agente vel patiente, qui ab aliquibus dicitur modus significandi informantis... Alii... dicunt quod participium de sua ratione significat per modum fluxus vel fieri indistantis ... Participium ... in significando actum vel fieri circa ipsum nullam designat indistantiam, ut patet clare videnti rerum naturas et earum proprietates vel modos essendi. Unde si aliquam indistantiam importet aliquis modus significandi, per eam non debet intelligi hoc, sed potius quedam unitas vel simultas in situ eius cum subiecto respectu appositi, que quidem ad modum significandi specificum eius consequitur.

(X 23 v°) Participium est pars orationis significans per modum fieri informantis.

Dans l'enseignement élémentaire, on définissait ainsi le participe :

(H H *a* 11) Qu'est participe? c'est une partie d'oreson qui prent partie du non et partie du verbe et partie de l'un et de l'autre.

§ IX. — Des parties indéclinables.

Je ne citerai, pour les définitions des parties indéclinables, que les grammairiens du XIIIe siècle. Celles de Pierre Hélie

[1] Voir ci-dessus, p. 154.

n'offrent rien qui soit digne de remarque. Il ne s'écarte pas de Priscien.

Chaque partie indéclinable n'a qu'une manière de signifier essentielle qui constitue sa différence spécifique. Michel de Marbais :

(X 26 v°) Cuilibet parti indeclinabili inest unus solus modus significandi essentialis, qui est sicut differentia specifica.

Elles doivent être construites avec d'autres mots :

(X 25 v°) Iste partes indeclinabiles dicuntur sincategorematice[1] a nostris doctoribus gramatice . . . . ., quia ipse per se sumpte significatum habent confusum sine partium aliarum adiunctione, ita quod non significant aliquem mentis conceptum certum sive finitum. Cum autem partibus declinabilibus aliquod significatum finitum significantibus adiunguntur, earum confusum significatum finitatur, ita quod ipsarum incertitudo vel confusio ab eis iam removetur. Unde indubitanter quam plurimum peccant nostri gramatici dicentes quod ipse partes indeclinabiles per se sumpte nichil significant sine adiunctione declinabilium. Non enim alique partes suum significatum recipiunt ex adiunctis, sed ipsum habent ante omnem constructionem voluntate impositoris.

§ X. — De l'adverbe.

La définition de l'adverbe est tirée de celles de Donat (p. 1758 P) et de Priscien (XV, 1) :

(X 27) Modus significandi substantie vel permanentis dividitur in modum permanentis in se, per quem significat id quod significat nomen substantivum, et in modum permanentis in alio, per quem significat id quod significat nomen adiectivum . . . . . Similiter modus significandi fluxus vel fieri dividi potest in modum significandi fluxus vel fieri per se et in modum fluxus vel fieri in alio. Vel dicatur causa quare non; quam assignare non

[1] Priscien, II, 15; XIV, 1.

poteris . . . . . Adverbium igitur est pars orationis significans per modum fluxus vel fieri in alio.

Pourquoi l'adverbe n'est-il pas une espèce de verbe, comme l'adjectif est une espèce de nom ?

(X 27 v°) Isti . . . . . modo (*l'adjectif*) non repugnat modus qualitatis sive determinati; sed potius ei competit . . . Et ideo cum iste modus sit nomini essentialiter specificus et faciat nomen formaliter esse nomen, ipsum adiectivum formaliter potest esse nomen, sed . . . isti modo (*l'adverbe*) repugnat modus dicibilis de alio.

L'adverbe peut-il déterminer autre chose que le verbe [1] ?

(X 27) Ipsum adverbium non potest specificare sive determinare, nisi aliquid habens modum significandi fluxus vel fieri. Unde nomen vel pronomen determinare non potest, cum utrumque per modum substantie significet, sed potius verbum vel participium, cum utrumque per modum fluxus vel fieri in se significet. Sed planum est quod unum adverbium competenter determinat alterum . . . . . Quod patet dicendo *lego multum bene.*

L'adverbe ne détermine pas le nom dans la proposition *tantum verum opponitur falso :*

(X 28) (Aliqui dicunt quod) adverbium non potest determinare nomen nec pronomen ratione sui modi significandi essentialis, ... ipsum tamen nomen vel pronomen determinare potest ratione alicuius modi significandi posterioris, sicut ratione modi excludentis vel alicuius alterius modi accidentalis. Sed . . . . . modi significandi accidentales non debent repugnare modis significandi essentialibus, qui necessario in constitutione partis sunt priores. Propter quod dici potest aliter et melius quod ipsum adverbium

[1] Pierre Hélie, qui s'est posé aussi la question, établit que tout adverbe modifie un verbe (N 123. XV, 4. *Spec.* c. 159) : « Idem enim est *omnis homo fere avarus est*, ac si dicatur : *nullus est fere, qui non sit avarus.* »

determinare non potest nomen vel pronomen, nec ratione sui modi significandi essentialis, nec etiam ratione alicuius modi significandi posterioris... Hoc adverbium *tantum* non determinat nomen, sed determinat verbum substantivum vel eius participium subintellectum de bonitate tamen intelligentis, ut *tantum ens verum opponitur falso* vel *tantum quod est verum opponitur falso.*

L'interjection *o*, que, d'après Priscien (XV, 34), on considérait comme un adverbe, ne détermine pas le substantif auquel elle est jointe dans *o Petre lege :*

(X 28) *O* non determinat hoc nomen *Petre*, licet, quantum est in usu loquendi, cum eo proferatur; sed potius determinat hoc verbum *lege*, tanquam nota excitationis huius actus excitati[1].

Les adverbes qui marquent la modalité des propositions, comme *necessario, contingenter, possibiliter, impossibiliter, vero, falso,* ne déterminent pas la proposition considérée dans son ensemble :

(X 28 v°) Ipsa ... non solum videntur determinare verbum vel participium, sed potius totam compositionem vel inherentiam appositi ad suppositum et e converso ..... Si ..... intelligatur quod ipsa determinent totam compositionem, ita quod in forma constructibilis cum ea uniantur, hoc non habet veritatem. Non enim compositioni sive unioni constructibilium, que est forma constructibilis, debetur construi, sed potius soli constructibili per suos modos significandi. Si vero intelligatur quod ipsa determinent huiusmodi compositionem, eo quod determinent ipsum verbum vel participium ratione compositionis eius vel inherentie, hoc habet veritatem ..... Et vide tu, iuvenis, quod iste modus compositionis reperitur in verbo et in participio, differenter tamen, quia in verbo habetur ex modo dicibilis de altero, in participio autem ex modo uniti substantie sive informantis.

[1] Voir plus bas, p. 272.

Donat attribue trois accidents à l'adverbe : « significatio, comparatio, figura. » Michel de Marbais traite ainsi du premier :

(X 29) Per istam significationem accidentalem adverbii potest intelligi aliquis eius modus significandi accidentalis . . . Talis modus significandi . . . dicitur modus significandi disponentis sive determinantis vel specificantis, per quem adverbium dicitur verbi dispositivum sive determinativum vel specificativum . . . . . Iste modus determinantis contrahitur per diversos modos significandi particulares sive determinatos, quibus specialia adverbia constituuntur et abinvicem formaliter vel specialiter distinguntur . . . . . Adverbia localia habent rationem determinantis actus vel fieri cum modo significandi collocantis, et adverbia temporalia habent eam cum modo mensurantis, etc.

Dans l'enseignement élémentaire on traitait de l'adverbe ainsi :

(HH *a* 9 v°) Qu'est adverbe? c'est une partie d'oreson qui est mise jouste le verbe et s'efforce [1] toujours au verbe et au participe. Quantes choses lui affièrent? III. Quelles? signification, compareson et figure. Quantes significations de adverbe sont? XXIIII ou plus. . . Quans adverbes locax [2] sont? IIII. Quiex? *quo, qua, ubi, unde.* Que requiert *quo?* le lieu où l'en va; *qua?* le lieu où l'en trespasse; *ubi?* le lieu où l'en est; *unde?* le lieu dont l'en vient.

§ XI. — De la conjonction.

La conjonction est définie par Donat et Priscien d'après le nom même qu'elle a reçu. Les grammairiens du XIIIe siècle ont suivi. Michel de Marbais :

(X 31) Coniunctio . . . . . est pars orationis significans per modum coniungentis.

[1] s'efforce . . . . . participe — s'apuie au verbe et ne peut avoir certainne signification sanz li II *a* 24 v° détermine la qualité d'icelui II *a* 49 v°. *Ces définitions ne sont conformes ni à celle de Priscien ni à celle de Donat.*

[2] locaus II *a* 49 v°.

On élevait une difficulté relativement aux conjonctions disjonctives[1], qui ne semblent pas rentrer dans cette définition :

(X 31) Dici solet ad hoc a pluribus quod ipsa coniunctio disiunctiva habet rationem coniungentis et disiungentis, non tamen respectu unius, sed respectu diversorum. Habet enim rationem coniungentis respectu vocum, ...et rationem disiungentis respectu significatorum... Sed revera istud pro toto non habet veritatem. Nam coniunctio et generaliter omnis alia pars non solum ponit suum modum significandi circa vocem alterius constructibilis sibi constructi, sed potius circa totum aggregatum ex voce significato et modo significandi. Unde parti, unde pars est, debetur construi, et non voci, secundum quod huiusmodi ..... Coniunctio disiunctiva, unde coniunctio est, significat per modum coniungentis ... Ipsa tamen ... supra modum istum addit suum modum disiungentis. Nec isti sibi adinvicem repugnant, quia ipsa coniungit aliqua inter se et disiungit ea in respectu alicuius tertii ..... Dicendo *Sor vel Plato currit,* hec coniunctio *vel* coniungit le[2] *Sor* et le *Plato* ..., disiungit tamen respectu del[3] *currit.*

On se demandait avec quel mot la conjonction est construite :

(X 31 v°) Si ... dicendo *Sor et Plato currunt,* ista coniunctio *et* habeat rationem constructibilis, aut construitur cum le[4] *Sor,* aut cum le *Plato,* aut indifferenter cum utroque. Sed non construitur cum le *Sor,* quia eadem ratione construeretur cum le *Plato,* nec etiam cum le *Plato,* quia eadem ratione construeretur cum le *Sor,* nec etiam cum utroque, quia iam sequeretur quod unum constructibile construeretur cum duobus constructibilibus per unicum modum significandi, scilicet per modum coniungentis. Hoc tamen est impossibile, quia sicut unum tantum uni opponitur, ita etiam tantum unum uni proportionatur et ad idem refertur ... Dici solet ad hoc ab aliquibus quod ista coniunctio *et* construitur cum utroque ..., eo quod coniungit unum cum alio, hoc tamen est differenter, quia cum ultimo con-

[1] Cf. Apollonius, *De Conj.* p. 481, et Egger, *Apollonius Dyscole,* p. 211.

[2] li *xb et de même dans tout ce qui suit. L'article français est fréquemment employé par les scolastiques. Les grammairiens n'y font pourtant jamais allusion.*

[3] de X de li *xb.*

[4] *Om.* X *et de même dans tout ce qui suit*

struitur proprie et actualiter et cum primo virtute et potentialiter . . . . . Sed revera hoc patitur calumpniam nec bene est intelligibile. Propter quod dicitur ab aliis quod ipsa coniunctio cum utroque construitur actualiter, quia et quanquam unum unica ratione et unico respectu consideratum tantum uni proportionatur, tamen unum alia et alia ratione sive alio et alio respectu consideratum diversis competenter proportionatur et eisdem refertur, secundum quod declaravimus in Questionibus nostris.

La conjonction a trois accidents suivant Donat : « potestas, figura, ordo. » On cherchait à expliquer comment le mot *potestas* désigne une manière de signifier accidentelle :

(X 32) Videmus quod per potentiam vel virtutem sive vim vel potestatem (quod pro eodem habeo) ipsius adverbii intelligitur aliquis eius modus significandi accidentalis. Quod patet per Priscianum dicentem primo Minoris[1] quod adverbium est vi verbi adiectivum. Dicit enim *vi*, id est mediante suo modo adiacentis actui vel fieri in se vel per se . . . Ideo per istam vim vel potestatem coniunctionis intelligi potest aliquis modus significandi accidentalis. Vel tu dicas causam quare non; quam leviter assignare non poteris . . . Modus significandi coniungentis simpliciter et absolute sumptus est de essentia coniunctionis, cum sit eius modus significandi specialis sive specificus . . . . . Sed ipse contractus sive determinatus per quasdam rationes vel modos speciales est ei accidens sive eius modus significandi accidentalis . . . . . Potestas est quidam modus significandi datus coniunctioni ad designandum rem sub modo essendi vel ratione coniungentis in ratione copulantis vel disiungentis vel explentis vel in ratione cause vel effectus vel antecedentis et consequentis.

Quant à l'ordre ou plutôt à la place des conjonctions, ce n'est pas une manière de signifier, puisqu'elle ne désigne pas une manière d'être (X 33).

Voici ce qu'on disait de la conjonction dans l'enseignement élémentaire :

(HH *a* 11) Qu'est conionction? c'est une partie d'oreson qui conioint

[1] Priscien XVII, 21.

et desioint les autres parties d'oreson en ordre[1]. Quantes choses lui affièrent? III. Quelles? poteste[2], figure, ordre. Quantes potestes de conionction sont? V. Quelles? la copulative couple, la disiunctive desioint, l'expletive remple, la causele rent cause, la rationele rent raison . . . . . Quantes ordres de coniunction sont? III. Quelles? ordre prépositive, si comme *at*, *aut*, *ast;* ordre subiunctive, si comme *que*, *ve*, *autem;* ordre commune, si comme *ergo*, *ideo*, *igitur*.

§ XII. — De la préposition.

Les définitions que Donat (p. 1763 P) et Priscien (XIV, 1) ont données de la préposition étaient jugées insuffisantes. Celle de Donat « Præpositio est pars orationis quæ præposita aliis partibus orationis significationem earum aut mutat aut complet aut minuit » ne touche que la signification de la préposition considérée comme mot. Celle de Priscien « Est. . . . . præpositio pars indeclinabilis quæ præponitur aliis partibus vel appositione vel compositione, » touche la signification et la manière de signifier, mais très-confusément :

(X 34 v°) Diffinitio Donati solum tangit prepositionis esse materiale. Ista autem diffinitio Prisciani tangit eius esse materiale et etiam formale, licet multum confuse.

Voici comment on établissait une autre définition :

(X 33 v°) In rerum natura est ita quod quedam sunt actiones que requirunt alium terminum extrinsecum a suo agente diversum, et quedam alie que non requirunt talem terminum : ita quod alique sunt requirentes terminum non tantum terminantem, sed etiam recipientem, et alie requirentes terminum solum terminantem, ita quod nullo modo recipientem. Et hoc statim per se liquet, quia nos videmus sensibiliter quod vaditio est quedam actio que non requirit terminum, nisi solummodo terminantem; est enim in ipso vadente et remanet in eo non in aliquod alterum passum transeundo,

[1] orde *Cod.* ordre II *a* 51.

[2] poote II *a* 25 v° poeste II *a* 51.

licet terminetur ad aliquem terminum ipsam terminantem. Sed legere vel lectio est quedam actio que requirit terminum non solum terminantem, sed potius recipientem. Non enim est in ipso legente ut in subiecto, sed transit in aliquod alterum passum ei passionem inferendo. Et ita omnes actiones habent habitudinem ad suum terminum, sive sit illas terminans tantum, sive terminans et recipiens. Similiter nos videmus quod omnis actio requirens terminum recipientem dupliciter potest considerari: uno modo, sub illa ratione sub qua transit in aliquod alterum, et sic habet rationem actionis; alio modo sub illa ratione sub qua recipitur in aliquo altero ab ipso agente, et sic habet rationem passionis, eo quod illud alterum habet rationem passi post huiusmodi actionem; et ideo omnes tales actus habent habitudinem non solum ad terminum recipientem, sed etiam ad terminum terminantem. Et ideo sicut utile fuit in gramatica inveniri aliquas partes aliquid habens rationem termini tam initiantis quam terminantis et recipientis designantes, sicut partes casuales, sic etiam rationale fuit in ea inveniri aliquam partem dictam habitudinem substantie initiantis vel terminantis et recipientis designantem.... Prepositio finaliter fuit inventa ad designandum aliquam habitudinem substantie initiantis vel terminantis et recipientis ad actum ... Prepositio igitur est pars orationis significans per modum retorquentis substantiam ad actum.

(X 34 v°) Diceret aliquis quod..... predicta diffinitio non est competens, quia omnis debita diffinitio alicuius speciei debet convenire cuilibet contento sub illa specie... Sed est planum quod ista diffinitio non competit prepositionibus additis partibus per compositionem. Non enim significant per modum retorquentis casuale ad actum..... Dici solet ad hoc ab aliquibus quod bene verum est quod prepositiones addite partibus per compositionem non important modum retorquentis actu sive formaliter, ipsum tamen important virtute vel potentialiter..... Sed indubitanter hoc patitur calumpniam nec videtur bene esse intelligibile. Propter quod dici potest aliter et melius quod omnis debita diffinitio alicuius speciei debet convenire omni vere contento sub illa specie; non tamen oportet ipsam omni contento sub ipsa improprie convenire. Quod statim patet, quia cadaveri, sicut alicui homini mortuo, non convenit diffinitio quidditativa hominis, que est animal rationale mortale, ut docet intellectus. Modo ita est quod omnis prepositio addita parti per compositionem non est vere

prepositio. Bene enim verum est quod ipsa est prepositio materialiter, scilicet quantum ad eius esse materiale, utpote quantum ad significatum prepositionis : cuius signum est quia significatum cui componitur aut complet aut mutat aut minuit . . . : quod tamen non faceret, si composita illi dictioni significatum prepositionis non observaret. Ipsa tamen non est prepositio formaliter, scilicet quantum ad eius esse formale, utpote quantum ad modum significandi specificum ipsius prepositionis : cuius signum est quia ipsa non reservat constructiones proprias ipsius prepositionis, que determinate sunt ipsius cum aliqua parte casuali, scilicet cum accusativo vel ablativo : quod tamen faceret, si vere prepositio esset. . . . . Propter quod non oportet quod predicta diffinitio huiusmodi prepositioni addite parti per compositionem conveniat, sicut nec eius modus significandi essentialis specificus. . . . . Quare non valet obiectio.

(X 34 v°) Ipsa non solum ratione sui significati determinatur ad hoc quod sit ipsius casualis reductiva sive retorsiva, sed etiam ratione sui modi significandi retorquentis, cui proportionatur modus retorsibilis extrinsecus in parte casuali cuius est retorsiva . . . . . Non tamen dico quod iste prepositiones (*dans* vado ad templum, venio de templo) retorqueant istos casus ad dicta verba, ita quod illis verbis concedant modos significandi per quos aliqua verba respectiva cum obliquis habeant construi; hoc enim est impossibile, quia nemo dat alteri quod non habet, ut scribitur in Elenchis[1]; sed dico quod iste prepositiones retorquent dictos casus ad dicta verba, eo quod denotant habitudinem dictorum casuum ad dicta verba in ratione termini terminantis vel ratione termini initiantis, reducendo videlicet istos ad ista. . . Multum peccaverunt quidam gramatici ponentes ipsam prepositionem non esse constructibilem cum aliquo casuali secundum se, nisi in virtute verbi vel participii precedentis, cum ipsa secundum se deficiat, sicut dicunt, omnibus modis significandi qui sunt principia constructionis in omnibus partibus aliis, sicut genere numero casu et cetera . . . Dicendo *vado ad templum, venio de templo*, hec verba secundum se et sui naturam non habent construi cum istis obliquis, cum respectu istorum sint absoluta; et ideo non possunt facere quod dicte prepositiones cum dictis casibus construantur.

Donat n'attribue qu'un accident à la préposition, le cas

[1] Aristote, *Elenchi* XXII. 178 a 37.

(p. 1764 P). On suivait l'analogie des autres accidents, et l'on représentait le cas comme une manière de signifier accidentelle de la préposition :

(X 35 v°) Non solum isti casus pro accidente assignantur prepositioni tanquam servitium eius vel officium consequens eius modum significandi essentialem, sed potius tanquam aliquis modus significandi accidentalis, qui dicitur modus significandi retorquentis casuale ad actum in ratione termini terminantis (*l'accusatif*) vel in ratione principii initiantis (*l'ablatif*).

Voici ce qu'on disait de la préposition dans l'enseignement élémentaire :

(HH *a* 11 v°) Qu'est préposition? c'est une partie d'oreson qui, mise devant les autres parties d'oreson en ordre, croit, mue ou amenuise la signification d'icelles. Quantes choses lui affièrent? une. Quelle? case tan seulement. A quelles cases sert la préposition? à II. A quelles? à l'acusatif et à l'ablatif.

§ XIII. — De l'interjection.

On conservait la définition de l'interjection qui se trouvait dans Donat :

(X 37 v°) Interiectio est pars orationis significans rem suam per modum animam afficientis.

La signification, seul accident que Donat attribue à l'interjection, était entendue, comme pour l'adverbe, des modifications que les différentes affections de l'âme, joie, crainte, admiration, douleur, etc. apportent à la manière de signifier essentielle de l'interjection :

(X 38 v°) Per talem significationem habet intelligi modus significandi afficientis non simpliciter et absolute, sed per modos contractos vel rationes speciales.

Dans l'enseignement élémentaire on traduisait ce que Donat dit de l'interjection :

(HH *a* 11 v°) Qu'est interiection? c'est une partie d'oreson qui segnefie[1] entalentement[2] de pensée o vois nient parfeite. Quantes choses lui affièrent? une. Quantes significations d'interiection sont? IIII. Quelles? léeche[3], si comme *evax*, *Diex aide;* doulour, si comme *heu*, *élas;* admiration, si comme *pape*, *quelle merveille;* paour, si comme *atath*, *haro*, et si qua sunt similia.

Les définitions de Donat et de Priscien n'en subsistaient pas moins à côté de la théorie des manières de signifier. La glose *Admirantes* définit ainsi le verbe d'après Priscien :

(R 45 *littera longa*) Verbum est pars orationis cum modis et formis et temporibus, agendi vel patiendi sine casu significativum.

La même glose emploie la considération des manières de signifier pour résoudre une difficulté relative à la division des parties du discours :

(R 5 *rectis as es a*) Videtur quod sunt tantum due (partes orationis), quia oratio significat intelligibile. Sed intelligibile significatur per substantiam et accidens; et[4] intellectus omnis significatur per nomen et verbum. Ergo tantum erunt due partes orationis. Solutio. Partes non assignantur penes intellectum rerum, sed penes modos significandi. Sed plures sunt modi. Ergo et cetera.

Elle n'a pourtant pas recours à cette considération pour diviser les parties du discours.

II. Formes des mots.

En ce qui touche aux déclinaisons et aux conjugaisons, les grammairiens se contentent, en général, de justifier l'ordre suivi par Priscien ou Alexandre de Villedieu, d'écarter les

[1] est mise HH *a* senefie II *a* 26.
[2] affection II *a* 26.
[3] léesce II *a*.
[4]. sed *Cod. Cette glose manque dans ra.*

contradictions où l'auteur qu'ils commentent tombe ou semble tomber, de montrer que la règle établie est sans exception, ou que les exceptions ont été complétement énumérées par l'auteur. Ils n'ont pas cherché à rendre raison des analogies en remontant aux origines. Au reste, on n'a pu l'entreprendre un peu sûrement que de notre temps, par la comparaison du grec et du latin avec l'idiome sanscrit, qui a conservé assez souvent les caractères de la langue dont les langues de la famille indo-européenne sont filles. Tous les essais antérieurs ont été plus ou moins malheureux. Ainsi Priscien explique les irrégularités des verbes (IX, 5 et suiv.) par la nécessité de prévenir les homonymies. Par exemple, le subjonctif de *velle* est *velit* et non *volat,* parce qu'il y aurait eu confusion avec la troisième personne du présent de l'indicatif de *volare* (IX, 7). D'autres prétendaient que *volo* n'a pas d'impératif, parce que, la volonté étant libre, ce verbe ne peut avoir le mode qui signifie la necessité (IX, 8). Le participe du présent et de l'imparfait actif vient de la première personne de l'imparfait par le changement de *bam* en *ns;* « nec mirum, cum prima persona honestior est[1] ceteris » (XI, 15). Priscien, qui se demande, d'après Apollonius, pourquoi la personne est exprimée dans les pronoms au commencement du mot, au lieu de l'être à la fin, comme dans les verbes, répond aussi avec Apollonius (XVII, 54) : « Prius est nomen verbo..... et manifestum, quod eius proprietas, id est casus, iure obtineat finem. » C'est ce que Pierre Hélie commente de la manière suivante :

(*nb* 136) Nomen prius et dignius est. Sed pronomen habet casus a nomine. Ergo debuit habere casus in digniori parte. Sed finis est dignior pars dictionis, quia per finem maxime significatio discernitur. Nichil enim communiter capit animus auditoris[2], nisi facta digressione ad finem dic-

[1] Le sens exige *sit.* — [2] audi *Cod.*

tionis. Ideoque pronomen habere debuit casualem declinationem in fine dictionis.

Nous avons vu [1] que Michel de Marbais explique la variation de formes dans les parties déclinables par ce qu'il appelle leur perfection; ayant plus de manières de signifier accidentelles que les parties indéclinables, il fallait que leurs formes prévinssent la confusion et permissent de distinguer ces accidents. Voici ce qu'il dit de la déclinaison des noms, que Donat range au nombre de leurs accidents :

(X 14) (Declinatio) non est aliquis modus significandi, cum in re nullum designet modum essendi. Sed est quedam passio vel proprietas vocis consequens ipsam ad hoc quod accidentia in voce nominali notificentur. Nec est admiratione dignum, quia nos videmus in rerum natura quod, licet in substantia materia cum forma sit causa omnium accidentium que sunt in ea, ut patet versus finem primi Phisicorum [2], tamen quoddam est accidens quod proprius et immediatius consequitur materiam quam formam, sicut quantitas, et quoddam est accidens quod proprius et immediatius consequitur formam quam materiam, sicut qualitas. Et ideo non est mirum similiter, si nomen habeat quedam accidentia significatum eius consequentia, ut modos significandi predictos, et quoddam accidens vocem eius consequens vel a parte vocis se tenens, cuiusmodi est ipsa declinatio. Et sic non est aliquis modus significandi, sed quedam passio inexistens voci propter notificationem modorum significandi. Hoc igitur preintellecto, ad diffinitionem eius accedendum est. Declinatio est quedam vocis variatio concessa eidem propter accidentium cognitionem. Et hec est eius recta ratio. Quod statim patet, quia per huiusmodi declinationem habetur modorum significandi cognitio et eorum diversitas vel distinctio. Unde quotienscunque ita est quod in aliqua dictione non reperitur declinatio, in eadem est modorum significandi confusio vel equivocatio, ut patet in hiis dictionibus, *cornu*, *gelu*, et in consimilibus.

Il considère la conjugaison du verbe au même point de vue :

[1] Voir ci-dessus, p. 159. — [2] Aristote, *Phys. ausc.* I, 9. 192 a 13.

(X 19 v°) Coniugatio in verbo non est aliquis modus significandi, sed est quedam vocis variatio, sicut est declinatio in nomine.

Pierre Hélie raisonne sur la formation du participe suivant la méthode dont Priscien lui avait déjà donné l'exemple. Ainsi Priscien enseignait (XI, 15, 16) que le participe futur passif se forme du génitif du participe présent actif en changeant *tis* en *dus*, et ce dernier, de l'imparfait en changeant *bam* en *ns* :

(N 91 v°) Queritur quid est quod participia futuri temporis et passive significationis formantur a participio presentis temporis et active significationis. Sed quod istud activum est, illud passivum, nil impedit illud ab isto fieri, cum passio ex actione soleat nasci. Sed cum illud sit presentis temporis, hoc autem futuri, nichil impedit hoc ab illo fieri, cum futurum hanc habeat cum presenti cognationem, quod illud, sicut hoc, imperfectum est. Si enim presens perfectum esset, iam non presens, sed preteritum esset. Preterea propter affinitatem litterature commodius formatur participium passivum futuri temporis a genitivo participii presentis, quam ab alio, cum non sit inter hec differentia, nisi in fine.

(N 91. *Spec.* c. 116) Preterea ergo ostendit presens et preteritum imperfectum coniuncta esse in participio, ut inde relinqueret inquirendum cur magis a preterito imperfecto formetur, quam a presenti. Quod ideo factum est imo, ut idem et communis posset esse formationis modus in omni coniugatione, eo quod omne preteritum imperfectum habet extremam sillabam eandem *bam*, qua conversa in *ns*, fit participium presentis temporis et preteriti imperfecti, sicut dictum est. Non autem sic communis et idem modus posset formationis esse, si formaretur a presenti tempore. Quod si cui aliter videretur, nulli recipiende solutioni preiudico.

Il est singulier que la spéculation grammaticale, si confiante au moyen âge, si peu embarrassée par les faits, n'ait pas développé les analogies qui peuvent unir les sons des formes grammaticales avec leur signification. Je n'en ai rencontré qu'un essai isolé dans un grammairien du XIVe siècle :

(HH 93) Queritur quare activum magis terminatur in *o*, quam in aliam

litteram. Et videtur quod magis debeat fieri in *a*, quoniam inter vocales ista est dignior, cum sit prior. Ergo et cetera. Solutio. Omne rotundum est mobile, ut vult Boetius[1], et omnis actio est in motu, ut vult actor Sex principiorum. Sed in habentibus sinbolum facilior transitus, ut [vult][2] Aristoteles[3]. Propterea magis terminatur in *o* quam in aliam litteram. Ad aliud respondeo et dico quia, licet *a* sit dignior vocalis, non habet tantam convenientiam cum motu vel cum actione, sicut *o*, et ideo non concludit. Item queritur quare passivum magis terminatur in *or*, quam in *er*. Et videtur enim quod magis deberet terminari in *er*, quam in *or*, cum sit diversum[4] ab activo et activum retineat istam vocalem *o*. Solutio. Passio nichil aliud est quam actionis illatio; et ita comparatur ad actionem, sicut causatum[5] ad causam, et causa et causatum habent convenientiam. Propter hoc retinuit vocalem que ponebatur in activo. Adhuc queritur quare magis in *r*, quam in aliam litteram. Et videtur quod magis deberet terminari in *p*, quam in aliam litteram, quia ista littera *p* immediate ponitur post *o* in alphabeto. Ergo cum passio immediate sequatur actionem, verbum passivum debet terminari in *p*. Solutio. Quicunque patitur, asperitatem sustinet. Et quia inter alias litteras magis sonat aspere ista littera *r*, propter hoc passivum[6] eligit ipsam ad sui terminationem : quia, nisi hoc esset, conclusio esset vera.

On s'attachait à expliquer les anomalies que présentent les genres en les ramenant aux définitions générales du masculin par le genre actif, et du féminin par le genre passif. Par exemple :

(R 22 *es rectus quinte*) Solet queri quare *dies* est dubii generis. Ad hoc solvitur quod antiquitus quidam sub masculino genere posuerunt, eo quod expellendo noctem dies agit, alii vero sub feminino genere posuerunt, eo quod a nocte expellitur et sic se habet in ratione patientis. Siquidem diversas opiniones intuentes, subsequentes, volentes utrique opinioni satisfacere, hoc nomen *dies* sub dubio genere posuerunt et ponere voluerunt.

[1] Boëce, *De Differentiis topicis*, I, p. 858.
[2] *Om. Cod.*
[3] Aristote, *De Gen. et Corr.* II, 4. 331 a 24.
[4] diversis *Cod.*
[5] activum *Cod.*
[6] passivus *Cod.*

Sed contra. Nox se habet in ratione agentis et patientis eodem modo quo dies. Ergo erit dubii generis. Quod falsum est, ut videtur. Nam videtur agere in pellendo diem, pati in sustinendo a die. Solutio. Nox non est oppositum diei, sed quasi oppositum, et est feminini generis : et se habet per modum passionis, quia primo omnia erant tenebre, sicut dicit Moyses in Genesi [1], et huiusmodi tenebre patiebantur motu firmamenti et planetarum, et nichil aliud est nox quam tenebre; et ita nox debuit esse feminini generis.

(R 33 *pro mare pone siler*) De *siler* et *oleaster,* quare non sunt feminini generis talis est ratio, quia sunt arbores nullum fructum ferentes, et propter hoc, quia non patiuntur fructum emittendo, reponuntur sub masculino genere. *Dumus*, *rubus*, dilacerando vestes asperitate sua videntur agere, et propter hoc masculini generis sunt.

Je vais rassembler un certain nombre d'extraits des traités élémentaires rédigés en français, au XIVe siècle, pour donner une idée des termes qu'on employait dans la partie de la grammaire qui était alors appelée *ethimologia :*

(II *a* 42) En quantes manières est faite comparaison? en III. En queles? par sens par soi, si comme *bonus*, *melior, optimus;* par vois par soi, si comme *novus, novior, novissimus;* par vois et par sens, si comme *dignus, dignior, dignissimus*. Versus : Sensu vel voce collatio fit vel utroque. — (II *a* 42) Quant est comparaison régulière? quant le comparatif est à droit formé de son positif. Quant est elle irrégulière? quant le comparatif n'est à droit fourmé de son positif. — (II *a* 42 v°) Par quantes manières sont les nons compous? par III. Par queles? à la fiée de II entières dictions si comme *suburbanus*, *souzciteian* . . . . . ; à la fiée de II corruptes, si comme *efficax*, *faisant cause*, . . . ; à la fiée d'une entière et d'une corrupte, *ineptus*, *nient convenable* . . . — (II *a* 43) Quantes déclinaisons de non sont? V. A quoi connois tu la première? à cen qu'elle met son génitif en *e* et son datif ensement. . . . Le génitif et le datif singuliers et le nominatif et le vocatif pluriers en *ae* ditongue longue se defenissent. — (HH *a* 9 v°) Quantes coniugations de verbe sont? IIII. . . . A quoy congnois tu la première? à cen

[1] I, 2.

qu'elle ha *a* lonc devant *re* en présent et prétérit imperfet de l'infinitif meuf . . . . . Le déponent ha la lettre du passif et le sens de l'actif tan seulement. . . . . Quans temps sont formés en la déclineson du verbe? V. —(HH *a* 11) Quantes significations de participe sont? V. Quelles? l'active . . . à quoy congnois tu l'active? à cen qu'elle se descent du verbe actif.

III. Usages contemporains.

Le latin était traité comme une langue vivante; c'est ce qui explique pourquoi on tenait autant de compte de l'usage de la vulgate et de l'usage contemporain que de l'usage classique. Pierre Hélie :

(N 35. IV, 23. *Spec.* c. 46) *Res* debuit facere *ralis;* facit autem *realis.* Sed dicunt hoc nomen non esse authenticum.

(N 35 v°. IV, 28. *Spec.* c. 46) *Flandria* debuit facere *Flandriensis,* ut *Hispania, Hispaniensis. Flandrensis* tamen facit irregulariter vel per sincopam. . . *Remis*[1] debuit facere *Remiensis, Andegavis, Andegaviensis, Pictavis, Pictaviensis.* Faciunt autem *Remensis, Andegavensis, Pictavensis,* quasi a *Remum, mi* et ab *Andegavo* et *Pictavo,* quibus usi sunt antiqui, sicut et nos dicimus adhuc *Carnotum, ti.*

(N 47 v°. V, 52. *Spec.* c. 55) Si quis opponat. . . . . quod invenitur *viri sanguinum*[2]. . . dicemus divinam paginam non subiacere regulis artis huius. Vel dicemus illam non esse ab hoc nomine *sanguis,* sed ab hoc nomine *sanguen.* Vel aliter potest solvi. Quamvis enim inveniatur *sanguinibus,* non idcirco est in usu. Illud autem dicitur esse in usu, quod communiter apud omnes est.

Je vais extraire des sept premiers chapitres du Doctrinal les préceptes qui ne se trouvent pas dans Priscien et qui ne

[1] Les noms de villes *Remis, Andegavis, Pictavis* étaient considérés comme des indéclinables de la troisième déclinaison.

[2] *Rois,* II. 16, 7.

sont pas autorisés par l'usage classique. Les uns dérivent de l'usage ecclésiastique et de l'usage du moyen âge; quelques autres ont dû être transmis par une tradition grammaticale ancienne et dont je n'ai pu toujours retrouver la source.

Chapitre Ier, déclinaisons. — Les noms hébreux en *am* ont également l'ablatif en *am*.

Agnus fait au vocatif *agne* ou *agnus*.

Agnes fait au génitif *agnetis; diamas, diamantis; sardis, sardinis:* « Est quidam lapis » (R 13); *glis, glissis* (terre glaise) et *glis, glitis* (bardane)[1].

Emaus (Emmaüs) est indéclinable.

Cepe, presepe, Soracte, ont l'ablatif en *e*[2], quoiqu'ils aient le nominatif en *e*. *Degener, uber,* ont l'ablatif en *e* et quelquefois en *i*.

Alec, fel, mel, plebs, puls, ont le génitif pluriel en *ium; soboles, heresis, indoles,* en *um; consors, cohors,* en *um*[3].

Ficus, portus, veru, font le datif et l'ablatif pluriels en *ubus*[4].

Maneries, materies, progenies et *species*, ont un génitif, un datif et un ablatif pluriels.

Les noms grecs en *e* ont l'accusatif en *em* ou en *en*, le génitif en *es* et les autres cas semblables au nominatif. Les noms grecs en *os* se déclinent ainsi : *Delos,* voc. *Delos,* gén. *Delos* ou *Deloy,* dat. et abl. *Delo,* acc. *Delon.*

[1] Pierre Hélie (N 42 v°. V, 30. *Spec.* c. 52).

[2] Cf. Charisius, p. 43 P.

[3] (R 19) : « Tamen quando *consors* est adiectivum, facit genitivum pluralem per *ium;* et hoc est quod dicit versus Aurelianis compositus : *consors, consortum* dat *ium*, si mobile fiat. »

[4] Cf. Caper, p. 2248 P. Pierre Hélie (N 61. VII, 91. *Spec.* c. 73) : « Quidam... addunt *ficubus*, quod non est regulare. »

Moyses suit la troisième déclinaison, excepté au génitif *Moysi*. *Ihesus* a l'accusatif en *um* et les autres cas en *u*.

Chapitre II, noms hétéroclites. — *Pascua, pascuorum, zizania*[1], *zizaniorum*, font au singulier *pascua, pascue, zizania, zizanie*, suivant la première déclinaison.

Amigdalum, i, fait au pluriel *amigdale, arum* et *amigdala, orum*.

Balteus (dans l'antiquité *balteus* et *balteum*) est masculin au singulier et neutre ou masculin au pluriel.

Arbutus[2], *intubus, Pergamus*[3], font au pluriel *arbuta, intuba, Pergama*.

Epulum signifie *mets, epule, festin* :

Hoc epulum comedis, epuleque parantur amicis.

Delicium désigne un plaisir mondain, *delicie*, la délectation céleste[4] :

Delicium tibi sit, michi semper delicie sint.

Celum, porrum[5], font au pluriel *celi, porri*.

Capistrum, claustrum, filum[6], font au pluriel *capistri, claustri, fili*, et *capistra, claustra, fila*.

Supellex fait au pluriel *supellectilia*.

Tartarum, i, « fex est vini, scilicet id quod adheret dolio, vino extracto » (R 27).

[1] (R 26) : « Est quedam herba, que dicitur gallice *iargene*. »

[2] (R 26) : « Significat duo Gallice, *boutenier* et *aglentier*. »

[3] Sur *intubus* et *Pergamus*, cf. Diomède, p. 314 P.

[4] (R 27) : « *Delicium* est etheroclitum genere et significatione, quia in singulari numero mundanam significat (*Cod.* significatio) delectationem, et in plurali (et *add. Cod.*) celestem. »

[5] Cf. Probus, p. 1447 P, p. 1465 P.

[6] Cf. Phocas, 1707 P. Ce mot ne se trouve pas dans tous les textes du Doctrinal.

Sibilus fait au pluriel *sibila*[1].

Pileus, Tenarus, supparus, qui avaient aussi chez les anciens la forme neutre en *um, avernus, infernus,* qui étaient des adjectifs, sont rangés parmi les noms masculins au singulier et neutres au pluriel.

Lacus, qui n'était que de la quatrième déclinaison dans l'antiquité, appartient à la fois à la seconde et à la quatrième.

Les adjectis *enervis, e; enormis, e; illimis, e; incolumis, e; proclivis, e,* ont aussi les formes *enervus, a, um; enormus, a, um; illimus, a, um; incolumus, a, um; proclivus, a, um.*

Les adjectifs *imbecillus, a, um; sincerus, a, um,* ont aussi les formes *imbecillis, e, sinceris, e*[2].

Citrullus et *pisum* ont un pluriel.

Le pluriel de *sanguis*[3] est rare.

Vesperi, vesperorum, désigne les psaumes qui se chantent à vêpres, *vespere, vesperarum,* l'office lui-même[4].

Pisum, tignum, tonitrus, ont aussi les formes *pisa, tignus, tonitru*[5].

Glomus fait au génitif *glomi* ou *glomeris.*

Chapitre III, formation des comparatifs et des superlatifs. — On n'y rencontre rien de particulier.

Chapitre IV, genres. — *Siler* est masculin quand il désigne

[1] Cf. Charisius, p. 61 P.

[2] Charisius reconnaît le neutre *sincere,* p. 61 P. La glose *Admirantes* appuie la forme *sinceris* sur Virgile, *Moretum,* 42 (R 27) : « Unde Virgilius : « emanat sincere foraminibusque liquatur. » On lit dans les éditions *subsidit sincera.*

[3] Voir ci-dessus, p. 204. (R 28) : « Aliquando invenitur in plurali numero ; unde Psalmista (*L, 16*) : « Libera me de sanguinibus et cetera. » Similiter invenitur : « hee paces habuere bone. » (Horace, *Ep.* II, 1, 102.)

[4] Cf. Pierre Hélie (N 28. II, 53. *Spec.* c. 33) : « *Hii vesperi, horum vesperorum,* vel *hee vespere, vesperarum,* est officium, *hoc vesper, huius vesperis,* tempus officii. »

[5] Cf. Charisius, p. 23 P.

l'arbre dont les branches servent à attacher la vigne, féminin quand il désigne une plante odoriférante[1] :

Proficit ad vitem siler hic, siler hec ad odorem.

Les noms des anges sont masculins.

Les pluriels *cherubin, seraphin,* sont neutres[2].

Les idoles qui portent le nom d'un dieu sont du masculin; celles qui portent le nom d'une déesse sont du féminin.

Les noms barbares et les noms grecs gardent, en latin, le genre qu'ils avaient dans la langue d'où ils sont tirés[3] :

Barbara, greca, genus retinent quod habere solebant.

Verbigena est seulement masculin, parce qu'il ne convient qu'au Christ. *Lixa, pincerna,* sont communs.

Ceta, nom de la première déclinaison, s'emploie des deux sexes.

Mammona, Pascha et *manna* sont neutres. (Cf. Pierre Hélie, N 41. V, 8).

Pseudo (« est falsus propheta » R 36) et *presto* sont indéclinables et de tout genre.

[1] *ra* 15 (gloses interlinéaires) : « Arbor qua dolia ligantur. Herba Gallice *mante* (*sic*) dicitur. » (R 33) : « Quidam dicunt quod siler hec dat odorem. Sed hoc est contra Priscianum... Ponit (v, 19) *siler* pro exemplo neutrorum. Quare est neutri generis... *Siler,* Gallice *mente,* herba bonum odorem emittens. Preterea videtur quod actor quasi male dicat : « proficit ad vitem siler hic, » quia invenitur in Virgilio (*Georg.* II, 11-12 « *Sponte sua veniunt... ut molle siler lentæque genestæ* ») « molle siler, » ubi docet arbores inserere. Solutio. Sicut invenitur in Theodolo « dulce viro mulier, » quod li *dulce* [non] tenetur ibi adiective, sed [est] adiectivum substantivatum (quod patet per expositionem littere : mulier est dulce viro, id est dulcis res), sic ibi dicendum est quod li *molle* non est adiectivum hujus dictionis *siler,* immo est adiectivum substantivatum; quod patet dicendo sic : siler est molle, id est mollis res. »

[2] Cf. Pierre Hélie (N 41 v°. V, 11. *Spec.* c. 50).

[3] (R 35) : « Dicit actor quod nomina barbara, ut *Tisbe,* et Greca, ut *Penelope,* idem genus habent apud nos, quod habebant apud antiquos. »

Latro, virgo sont communs. Cf. Pierre Hélie :

(N 41 v°. V, 8. *Spec.* c. 49) (Invenitur) *virgo electus est a domino.* Dicemus abusive et figurative sic dictum esse.

Unio est masculin, quand il désigne l'as au jeu des dés.

Les noms en *on* composés avec *gera* et *dya* sont neutres [1].

Sotular (soulier) est masculin.

Vesper désignant la fin du jour ou d'un âge du monde [2] est neutre.

Iuger [3] (chez les anciens *jugerum*), *ruder* [4], sont rangés parmi les neutres en *er*.

Cucumer est un masculin en *er*.

Martyr est commun.

Turtur est commun [5].

Furfur est du masculin quand il désigne un oiseau [6], du neutre quand il signifie le son.

[1] Toutes les gloses s'accordent à donner comme exemple unique des mots composés avec *gera*, *geralogodion*, « unguentum valens ad clarificationem vocis » (R *b* 19), « medicina reddens sermonem amissum per morbum caducum » (R 37). Elles ne s'accordent pas sur l'autre mot : « Dyarendion » (*ra* 16), « dyapendion est quoddam electuarium » (R 37), « dialogodion » (*rc* 37), « dyatessaron, » « dyapasson » (R *b* 19 EE 68 v°).

[2] On comptait (S 173. R 30 *vesper rum re ra*) sept âges du monde : le premier d'Adam à Noé, dont le soir fut le déluge ; le second de Noé à Abraham, dont le soir fut la confusion des langues ; le troisième d'Abraham à David, dont le soir fut la disgrâce de Saül ; le quatrième de David à la captivité de Babylone, dont le soir fut la disgrâce des rois juifs ; le cinquième jusqu'au Christ, dont le soir fut la destruction de l'ancienne loi ; le sixième jusqu'au jugement dernier, dont le soir sera la résurrection des morts ; le septième jusqu'à la réunion de la chair à l'âme glorifiée. (Cf. ci-dessus, p. 207, note 5.)

[3] Cf. Charisius, p. 108 P.

[4] (*rc* 36) : « *Ruder* fovea est in coquina, a qua descendunt omnes sordes in coquina existentes ; et est idem quod stercus capre vel ovium. »

[5] Cf. Charisius, p. 17 P, et ci-dessus, p. 114.

[6] La manière dont s'exprime Priscien, V, 20 (154, 24 éd. Hertz) avait fait penser que *furfur* (*ibid.* 155, 2) désigne un oiseau. Pierre Hélie (N 44 v°) : « Furfur est purgamentum farine. Sed videtur incongrue

Primas et *abbas* sont masculins.

Lactis (chez les anciens *lac*[1]) est féminin.

Glis, glissis, et *glis, glitis,* sont féminins. Voir plus haut.

Burgensis est commun.

Logos est neutre[2].

Abyssus, costus[3], *cristallus, iacinctus, synodus,* sont féminins.

Paradisus est masculin et aussi féminin. Cf. Pierre Hélie :

(N 42 v°. V, 33. *Spec.* c. 53) Sunt... qui putent debere dici *hec paradisus*,..... cum tamen in frequentissimo usu dicatur *hic paradisus*.

Smaragdus, phaselus, qui étaient des deux genres, sont donnés seulement pour féminins.

Forpex[4], *obex,* sont féminins.

Les noms en *ex* qui désignent des fruits de la terre sont féminins[5], excepté *frutex,* qui est masculin.

Mastix, qui était féminin, est donné comme masculin.

Calx (talon), qui était le plus souvent féminin, est donné comme masculin. Quelques-uns écrivaient *cals* (talon) et *calx* (chaux)[6] :

positum, cum debeat exemplificare tantum vel de propriis vel de gentilibus vel appellativis nominibus avium... Ideo dicunt quod *furfur* ibi nomen est avis cuiusdam, que pascitur farre. » — L'authenticité des deux vers d'Alexandre sur *turtur* et *furfur* est contestée dans FF 16 v° : « Patet quod non sunt de littera *turtur* et *furfur*. » Au reste le texte des sept premiers chapitres du Doctrinal est fort incertain, et a dû subir beaucoup d'interpolations.

[1] Cf. Caper, p. 2241 P.

[2] L'hémistiche *logos annumerantur* complète le vers *Et chaos, atque meles, Argos* dans *ra* 17 et R*a* 56 v°; il manque dans R, *rc*, R*b*, S. G. 1632, EE 75, F F 17 v°, 8156 f° 43, et la glose *Admirantes* dans R ne le reconnaît pas non plus.

[3] *Costus* est mentionné aussi parmi les noms féminins en *us* dans les vers techniques cités par Pierre Hélie (N 42 v°. V, 34. *Spec.* c. 53).

[4] (*rc* 40 v°) : « Forfex, instrumentum testoris (*sic*), ex quo scinduntur fila in tela. Forpex, instrumentum barbitonsoris. » *Forpex* est dans Cassiodore (*De Orth.*), p. 2292 P, et dans Bède (*De Orth.*), p. 2335 P.

[5] Les gloses citent en exemples *carex* et *silex*. (*ra* 17 v°) : « *Silex* est *fouchere* Gallice, et *carex* est *lainche* Gallice. »

[6] Cf. Caper, p. 2242 P.

(R 15 *ls aut ns*) Duplex est gramatica. Nam est quedam que dicitur analogica, et alia que dicitur magis usualis. Unde secundum analogiam debet scribi per *x*, secundum quod innuit Priscianus[1]..... Sed secundum usualem gramaticam, que est ex usu moderno[2], *cals* per *ls* scribitur pro talo ad differentiam de *calx* scripto per *lx* pro lapide cocto.

Dans le chapitre x, sur la quantité, Alexandre dérive les génitifs *bombicis*, *lodicis*, des nominatifs *bombex*, *lodex*. J'ai indiqué plus bas (ch. vi, I) les autres termes contraires à l'usage classique qui se rencontrent dans ce chapitre d'Alexandre.

Chapitre v, prétérits et supins. — On lit dans Pierre Riga[3] et Alexandre que *pungo* fait *pupugi* dans le sens de *piquer*, *punxi* dans celui de *compter avec des points*[4] :

stimulando
Pungo facit *pupugi*, *punxi* punctis numerando.

Alexandre donne aussi les formes suivantes, qui ne sont ni dans Priscien ni dans Pierre Riga :

Prandeo, *pransus sum*; *adoleo*, *adoletum* ou *adolitum* ou *adultum*; *prendo*, *prendidi*; *sallo*, *salli*; *tueor* fait irrégulièrement *tutum*, et *tuor*, irrégulièrement *tuitum*; *cambio* fait *campsi* ou *cambui*; cf. Pierre Hélie :

(N 88 v°. X, 52. *Spec.* c. 113) *Cambio*, *campsi*, secundum Carisium[5], pro quo hodie utuntur *cambui*.

Chapitre vi, verbes irréguliers. — Les formes dissyllabes qui

[1] Priscien, V, 42.

[2] incipit *add. Cod. Cette glose manque dans ra.*

[3] Voir ci-dessus, p. 26.

[4] La glose de R (45) cite les deux vers suivants (cf. sur *neco*, Priscien, IX, 34) :

De *nĕco* dic *avi* ferro, *necui* reliqua vi.
Increpo format *ui* resonans, sed criminor *avi*.

[5] Cité par Priscien, X, 52.

résultent de la syncope des parfaits en *vi* ne sont pas usitées, excepté *nosti, flasti, flesti, scisti*[1].

Interpretor est commun.

Sum n'a pas de seconde personne du singulier de l'impératif, excepté dans *ades*. *Sis* en fait les fonctions[2].

Fio n'a pas d'impératif. *Fias, fiat* en fait les fonctions.

Explicit, expliciunt.

Inquam est une forme isolée qui a le sens du présent et quelquefois celui du futur.

Les seules formes usitées d'*inquio*[3] sont *inquio, inquis, inquit, inquimus, inquiunt, inquiam, inquies, inque.*

Ausint, troisième personne pluriel d'*ausim.*

Les seules formes usitées d'*aio* sont *aio, ais, ait, aiunt, aiebam, aï.*

Chapitre VII, verbes dérivés. — *Esurio, esurii. Aptito.*

CHAPITRE IV.

DIASINTASTICA[4].

I. Principes de la syntaxe.

§ I. — Importance de la syntaxe.

Depuis le commencement du XIIIe siècle les efforts des grammairiens se portèrent surtout sur la syntaxe. « Studium

[1] Cf. Priscien, X, 16.

[2] (R 65 *sis dabis hinc*) : « Quicquid dicatur, dico quod isti versus non sunt ab actore compositi, sicut patet in antiquis codicibus. »

[3] Cf. Priscien, X, 2.

[4] Ce mot est écrit très-diversement, *diasentistica, diasitastica,* et, suivant une autre étymologie, *dyasinthetica.* Mais c'est la forme *diasintastica* qui paraît avoir prévalu le plus généralement. Pierre Hélie ne connaît pas ce mot. On le trouve dans le glossaire d'Alexandre de Villedieu (T 118 v.) : « *Diasitastica.* Tractatus de dictionibus (?). Et interpretatur *de compositione.* » On lit de même dans le *Catholicon* : « *Diasintastica* dicitur a *dia,* quod est *de,* et *sintasis* constructio. Inde *diasintastica,* id est tractatus de constructione perfecta. » Je crois que le mot a été forgé d'après

gramaticorum precipue circa constructionem versatur, » dit un grammairien du XIIIe siècle (AA 1). Un autre considère la syntaxe comme la fin de la grammaire, et subordonne la doctrine des lettres et des parties du discours, contenue dans les seize premiers livres de Priscien (*volumen maius*), à celle de la construction, qui est exposée dans les deux derniers (*volumen minus*) :

(BB 131 v°) Utrum gramatica sit sermocinalis scientia. Sic, quia in ea docetur congrua iunctura dictionum per suos modos significandi in oratione per vocem expressa... Sicut modus sciendi et differentie eius quibus sciri habent et cognosci diversa entia subiectum est in logica, sic modus exprimendi conceptum mentis intentum per sermonem congruum in omni materia est subiectum in gramatica. Et hoc est finale bonum quod ex hac scientia expectatur. Hoc enim est subiectum in scientia, cuius cognitio principaliter docetur in illa et alia vero docentur propter illud. Sed hac scientia in minori volumine docetur congrua iunctura dictionum, et alia docet propter ipsam, scilicet litteram, sillabam, dictionem et species eius, et sic de aliis. Unde et maius volumen ad minus ordinatur.

La syntaxe était la seule partie de la grammaire qui fût proprement susceptible de règles, comme on l'exposait en traitant du barbarisme et du solécisme. On adoptait les définitions de Donat (p. 1767 P) : « Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone. » (p. 1768 P) : « Solœcismus est vitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticæ factum. » On se posait la question suivante :

(R 163 *est soloecismus*) Cum in diffinitione soloecismi dicatur *contra re-*

le passage suivant de Priscien (XI, 4) « Cum de dispositione vel constructione partium scripserimus, id est *περὶ συντάξεως* » commenté ainsi par Pierre Hélie (N 92) : « ΠΕΡΙCΙΗΤΑCΕΟS (*sic*), id est de constructione. *Peri* namque interpretatur *de*, *sintasis* constructio. » On aura retraduit en grec les mots *de constructione* suivant l'erreur alors répandue et que nous trouvons dans Évrard de Béthune (ch. x) :

Scribe per *y* grecum *dyas*, et *duo* significabit.
Scribe per *i* nostrum, sic *de* tibi significabit.

gulas artis gramatice et non in diffinitione barbarismi, quare hoc est, hoc habet questionem. Ad quod dicendum est quod quedam est gramatica regularis et quedam positiva; et hoc est quod si aliqua sillaba sit brevis vel longa vel optineat tot litteras, non est semper a regula, sed magis ab impositione. Sed quod adiectivum conformatur cum suo substantivo, genere, casu et numero, et quod nominativus singularis supponit verbo singularis numeri, hoc non est ab impositione, sed magis a regula artis gramatice. Quia igitur barbarismus peccat contra ea que sunt ab impositione, ut in pluribus elucescit, propterea in diffinitione eius non ostendit *contra regulas artis gramatice*, et competenter.

§ II. — De la *constructio*.

Le mot *constructio* doit-il s'entendre seulement de l'union de deux mots ou de ce que nous appelons *proposition?* Il semble qu'Apollonius n'ait entendu que de l'union de deux mots le terme de σύνταξις, que Priscien a traduit par *constructio*. Mais Priscien ne reconnaît de *construction complète* (*perfecta*) que celle qui renferme un nom et un verbe (XVII, 13, 14), et peut-être n'admet-il pas de construction quelconque sans un verbe exprimé ou sous-entendu (XVIII, 6). Du temps de Pierre Hélie on discutait la question de savoir si le mot de *constructio* doit s'entendre de la première partie ou de la totalité de la définition que Priscien a donnée (II, 15) du discours (*oratio*), de ce que nous appelons aujourd'hui proposition : « Oratio est ordinatio dictionum congrua perfectam sententiam demonstrans. » Pierre Hélie :

(N 15 v°. II, 14. *Spec.* c. 19) Antiqui de oratione dixerunt quod vocum alia dicitur oratio propter sensum, non propter quantitatem, ut *lego* et similia, alia vero dicitur oratio propter sensum et propter quantitatem, ut ea que constat ex dictionibus simul iunctis, cuiusmodi est hec *homo currit;* et huiusmodi oratio dicitur oratio constructa. Illud quoque adiunxerunt quod non quelibet dictionum coniunctio debet dici oratio, sed illa tantum

que aliquam inherentiam, id est rerum coniunctionem, significat, quoniam *in domo*, licet ibi sit dictionum coniunctio, quia tamen nullam illa rerum inherentiam significat, ideo non est oratio. Sed *homo albus*, quamvis sit imperfecta oratio, tamen, quia significat quandam accidentis et substantie coniunctionem, debet oratio appellari.

Ailleurs Pierre Hélie donne aussi à ce mot de *constructio* l'acception la plus étendue :

(*nb* 124) Constructio... est congrua dictionum ordinatio... Antiqui... aliud addiderunt in descriptione constructionis, dicentes sic : « Constructio est congrua dictionum ordinatio; sed hoc convenit imperfecte locutioni, de qua non intendit hic agere Priscianus, sed tantum de perfecta : additur *perfectum generans sensum in animo auditoris*. Sed quia hoc non potest convenire omni perfecte locutioni, quia hec *Socrates accusat* non generat perfectum sensum in animo auditoris (queritur enim quem accuset) et tamen perfecta est, ideo additur *quantum in ipsa est*, id est quantum habet ex intentione; et illa perfectum sensum generat in animo auditoris, quantum in ipsa est. Si enim plus queret auditor, hec locutio non habet hoc determinare ex sui institutione. » Sed totum hoc iudico superfluum. Sufficit enim predicta descriptio. Invenio enim quod Priscianus tam de imperfecta quam de perfecta constructione agit hic. Dicit enim quare competens sit hec constructio *homo albus*[1].

Au XIIIe siècle on pensait que Priscien avait entendu le mot *constructio* dans le sens le plus large. Mais on se demandait en quoi la *constructio* diffère de l'*oratio* et on trouvait que le mot *ordinatio* n'avait pas le même sens dans l'un et l'autre cas :

(Y 72) In diffinitione constructionis dicit ordinationem que est forma partis, quia constructio consistit ex actuali ordinatione predicati cum subiecto vel partis cum parte. In diffinitione orationis dicit ordinationem que

[1] Il le dit implicitement, XVII, 185-186. Je ne connais pas d'ailleurs de passage où il traite cette question.

est forma totius. Et sciendum est quod ordinatio que est forma partis consistit in actuali ordinatione partis cum parte. Sed ordinatio que est forma totius est illa que ex partibus actualiter ordinatis relinquitur, et hec est in oratione.

On faisait une autre objection :

(R 104 *ast post predicta*) Diffinitio debet convenire cuilibet diffinito... Cum dicitur *filius Sortis*, per huiusmodi constructionem nominis ad nomen non est ordinatio nominis ad nomen perfectam[1] sententiam demonstrans. Nichilominus constructio dicitur esse ibi.

On répondait :

(*Ibid.*) Unumquodque quod diffinitur debet diffiniri secundum se vel esse et finem suum potissimum. Cum igitur potissimum esse constructionis pertingens ad suum finem faciat quod per constructionem perfectam sententiam exprimamus, patet quod diffinitio constructionis secundum esse potissimum et secundum hunc finem pretactum potissime debuit assignari.

§ III. — *Suppositum. Appositum.*

Priscien enseignait (XVII, 12-13), d'après Apollonius[2], que, sans le nom, ou un pronom qui en tienne la place, et le verbe, le discours est incomplet. Mais ni Apollonius ni Priscien n'ont songé à dire avec les logiciens que le nom est sujet (*subjectum*) et le verbe attribut (*prædicatum*). Ils ne paraissent même pas avoir une idée exacte de cette distinction; car ils prétendent qu'il est incorrect de dire *Priscianus scribo*, parce que le nom est de la troisième personne et le verbe de la première, tandis que les verbes qui signifient *être* ou *s'appeler* peuvent s'unir à

[1] perfectamque *Cod.* congruamque perfectam *ra.* — [2] *De Constr.* p. 11.

des noms, quoiqu'ils soient eux-mêmes à la première ou à la seconde personne : *homo sum, Apollonius vocor*[1].

Pierre Hélie emploie, mais dans un seul passage[2], les termes *supponi, apponi*, pour dire *être sujet, être attribut* :

(N 61. VIII, 1) Sicut enim nomen repertum est ad significandum de quo dicitur, ita et verbum ad significandum quid de aliquo dicitur. Unde[3] nomen nunquam apponitur nisi auxilio verbi substantivi, nec verbum supponitur nisi auxilio nominis substantivi; sed quodlibet nomen per se supponitur, et verbum per se apponitur.

Plus tard on a employé en ce sens *supponere, apponere*, intransitivement[4]. Alexandre (ch. VIII) :

Vult intransitio rectum supponere verbo.
Sepe vocans verbum sibi vult apponere rectum.

On appela dès lors *suppositum* le sujet; *appositum* l'attribut, sans emprunter à la logique les termes de *subjectum* et *prædicatum*, non plus que celui de *propositio*. Voici comment on expliquait ce qu'on appelait la *perfectio* du discours :

(Z 3) Ad perfectionem locutionis duo sunt necessaria, scilicet suppositum et appositum. Suppositum est illud de quo fit sermo; hoc autem est quod reddit personam verbo. Appositum est illud quod dicitur de supposito. Casualia fuerunt inventa ad significandum suppositum . . . . Verba fuerunt inventa ad significandum appositum.

[1] Apollonius, *De Constr.* p. 115. Priscien, XVII, 75-76, XVIII, 2.

[2] Il dit encore (*nb* 149 v°) : « (Nomen) non significat rem ut supponitur rei significate per verbum, quamvis significet rem de qua dicitur. » Et un peu plus haut : « Non significat rem suam ut aliquid de ea dicitur. » Boèce a déjà employé le mot *supponi* dans le sens de *subjici* (*De Differentiis topicis*, I, p. 858) : « Evenit etiam ut supponatur oratio et simplex verbum prædicetur. »

[3] Unde . . . per se apponitur *om. na.*

[4] Abélard emploie de même *copulare*, *Dialectica*, p. 223 : « inter quaslibet essentias copulare, » et p. 244 : « in (*lisez* inter) quaslibet essentias copulare possunt. »

(AA 4) Simplex est illa (oratio) que non constat ex aliquibus perfectis coniunctis, ut *Sor legit.* Composita est illa que constat ex aliquibus perfectis coniunctis, ut *si Sor est homo, Sor est animal.* Composite orationis due sunt partes, scilicet antecedens et consequens..... Simplicis orationis due sunt partes, scilicet suppositum et appositum. Suppositum est illud quicquid precedit principale verbum vel intelligitur precedere, nisi sit ibi adverbium vel adverbialis determinatio que determinet illud verbum, ut *Sor bene legit; Sor* est suppositum, *bene legit* est appositum. Verbum tamen substantivum presèntis temporis indicativi modi, si nominativus sequitur, est pura copula, ut *Sor est albus. Sor* est suppositum, *albus* est appositum, *est* est mera copula, nisi fiat suppletio, ut *Sor est amatus.* Item relativa incipientia a *c* vel a *q*, ut *qui*, [*cuius*, *cui*] [1], *qualis*, *quantus* et *quot*, semper debent poni ex eadem parte suppositi vel appositi cum dictione ad quam referuntur, nisi ponatur improprie, ut *iste est dignus qui regat imperium*, id est *ut regat imperium*, et nisi in huiusmodi suppletionibus : *vos non estis qui loquimini*, id est *vos non estis loquentes.*

§ IV. — *Congruitas.* Cause efficiente de la *constructio.*

Apollonius et Priscien plaçaient la *congruitas* dans la correspondance des accidents des parties du discours déclinables[2]. Pierre Hélie suit cette doctrine :

(*nb* 124. XVII, 1) Constructio est congrua dictionum ordinatio. *Congrua* intelligendum est tam voce, quam significatione vel sensu. Tunc est ordinatio dictionum congrua voce, quando voces secundum sua accidentia congrue sibi coniunguntur, ut masculinum masculino et femininum feminino et neutrum neutro et singulare singulari et plurale plurali iungatur, ut scilicet in eisdem accidentibus sibi voces coniungantur . . . Congrua vero sensu est ordinatio dictionum, quando ex dictionibus predicto modo ordinatis habet auditor quid rationabiliter intelligat sive verum sive falsum . . . Quandoque congrua est voce, non autem sensu dictionum ordinatio, quando congrue iunguntur sibi dictiones secundum sua accidentia, nullum tamen intellec-

[1] *Om. Cod.* — [2] Apoll. *De Constr.* 201, 15. Priscien XVII, 153.

tum significant, veluti quando nomen adiectivum secunde positionis iungitur substantivo prime positionis, ut si dicatur : *Socrates habet ypoteticos*[1] *sotulares cum cathegoricis corrigiis.*

Quand la théorie de *la manière de signifier* eut été appliquée à toutes les parties du discours et à leurs accidents, on s'en servit pour définir la construction dans le sens restreint de la *congruitas :*

(R 68 *hic iubet ordo*) Est . . . constructio congrua constructibilium[2] unio ex modo significandi causata, inventa ad affectum animi indicandum. Cum dicit *constructibilium,* tangit causam materialem. Cum dicit *unio,* tangit causam formalem. Cum dicit *ex modo significandi causata*, tangit causam efficientem intra. Cum dicit *inventa* et cetera, tangit causam finalem. Sane quoniam circa constructionem est investiganda potissime causa efficiens constructionis, que scilicet sunt principia construendi, idcirco circa causam generalem efficientem sive circa universale principium constructionis procedamus. Cum[3] igitur constructio sit constructibilium unio et omnis unio multorum sit propter convenientiam in eis, oportet quod constructio fiat ratione alicuius convenientie reperte in constructibilibus; et loquor de constructione, prout est passio communis omnibus partibus orationis. Supponentes ergo non sine causa quod vocalis convenientia non est principium construendi, dicimus quod constructio fit aut propter convenientiam in significatione, que est res significata, aut propter convenientiam in modo significandi . . . . . Quod res significata non sit causa efficiens constructionis patet; quia si dicatur *Sor currit bene,* bona est constructio, non tamen est ibi convenientia in re significata. Nam illa constructibilia aliud et aliud significant, sicut patet. Item ad idem. Si convenientia in re significata esset principium construendi, tunc melius diceretur *currit cursum* vel *cursus*, quam *Sor currit;* quod falsum est. Adhuc cum maneat eadem significatio partis casualis sub omni casu, sicut nominativus supponit convenienter

[1] ypoteticas *Codd.*

[2] dictionum *Cod. Autre rédaction dans ra.*

[3] Ce qu'on va lire, depuis *cum igitur,* se retrouve à peu près littéralement dans Robert Kilwardby (V 15 v°, 16), dont le texte m'a servi à corriger R et *ra.*

verbo, sic omnes alii casus convenienter supponerent, et sicut accusativus suscipit verbi transitionem, sic omnes alii casus susciperent eam, si res significata sive significatio esset principium construendi. Sed hoc est inconveniens ponere. Quare patet quod res significata non est principium construendi. Quod concedo. Ex hoc patet quod figurative dicitur *turba ruunt.* Item si propter hoc dicatur quod convenientia in modo significandi sit causa constructionis, aut igitur convenientia in modo significandi essentiali aut in modo accidentali. Si in modo significandi accidentali, contra. Si ita esset, adeo posset supponere congrue verbo nominativus adiectivi, sicut nominativus substantivi, dum tamen debita esset convenientia in accidentibus. Item ad idem. Prepositio, cui nullum est accidens, nullam haberet constructionem. Sed manifestum est ipsam habere constructionem. Quare patet quod accidentia sive modi significandi accidentales[1] non sunt principium universale construendi. Item si dicatur quod convenientia in modo significandi essentiali sit causa constructionis, aut intelligetur de modo significandi essentiali generali aut speciali essentiali. Et voco modum significandi generalem, qui est essentialis parti in genere, distinguens ipsam ab aliis partibus, secundum quod dicimus nomen significare per modum habitus et quietis, et verbum per modum motus et fieri. Simili modo in aliis partibus est dicendum. Rursus modum significandi specialem dico, qui est essentialis parti in specie, secundum quod dicitur omne nomen adiectivum vel substantivum . . . Si dicatur quod convenientia in modo significandi essentiali generali sit causa construendi, contra. Omnes partes orationis differunt in illo modo significandi . . . Et tamen quamvis in illo modo significandi non communicent, habent tamen adinvicem constructionem. Item cum idem modus significandi generalis sit in omni nomine, qua ratione unum nomen supponeret verbo, et quodlibet pari ratione, et qua ratione sub uno casu, et sub omni indifferenter verbo suppositum redderetur. Item si dicatur quod idemptitas in modo significandi essentiali speciali, cuiusmodi est significare adiective et substantive, sit causa constructionis, contra. Si sic esset, nomen non construeretur cum verbo adiectivo, nisi esset nomen adiectivum, et nomen substantivum et adiectivum inter se non possent debite ordinari. Solutio. Dicendum est quod omnes partes orationis universaliter construuntur non ratione significationis, sed ratione

[1] accidentalis *Cod.* sive . . . accidentales *om. ra. Autre rédaction dans* V.

modi significandi, accipiendo modum significandi ad modum essentialem et accidentalem. Quod concedendum est. Et ad evidentem predictorum solutionem notandum quod aliqua constructio causatur ex essentiali modo significandi tantum, sicut constructio prepositionis cum suo casuali; et hoc intelligitur a parte prepositionis, cui nichil accidit secundum se. Sed alia constructio causatur solum ex accidentali modo significandi, sicut constructio nominis cum verbo substantivo a parte post; nam sub omni modo significandi essentiali potest apponere, scilicet et substantivum et adiectivum, ut *Sor est homo*, *Sor est albus;* sed exigitur in tali constructione conformitas in numero et in casu ad minus, si sit substantivum; exigitur conformitas in casu genere et numero, si fuerit adiectivum. Nec obmittendum est quod non omnis pars convenienter apponit verbo, quia non pronomen, imo sola pars que significat qualitatem, qua qualitate specificetur substantia designata per verbum substantivum; et ita modus essentialis generalis significandi ad constructionem illam aliquid operatur. Sed alia constructio ex utroque modo significandi causatur, sicut constructio suppositi cum verbo, cui oportet suppositum conformari in numero et persona et habere casum modo debito respondentem; et ultra hoc oportet substantive designari. Quod patet, quia non dicitur bene *albus currit*, congrue tamen dicitur *homo currit*. Ex ergo hiis comperitur quod causa efficiens constructionis congrue[1] sive principium construendi non reducitur ad significationem neque ad aliquem modum significandi, sicut patuerat per obiecta. Sed reducitur ad modum significandi communiter sumptum, ita quod tam modum significandi essentialem quam accidentalem comprehendat. Sane istud preintelligendum est quod convenientia in modo significandi non ita inter constructibilia exigitur, ut quicunque modus significandi sit in uno constructibilium, sit[2] et in alio eorundem. Sed hoc exigitur ut modus significandi per dictionem exponat ipsam et tanquam inclinet, ut sit in potentia et aptitudine ad coniunctionem cum alia, et sic ex eis una constructio generetur, sicut ex materiali et formali fit unum, et ex eo quod est potentia et ex eo quod est actu.

[1] congrue *post* sive *Cod. Om.* V. *Autre rédaction dans ra.*

[2] sicut *Cod.* sed V quicunque . . . . . ut *om. ra.*

§ V. — La *constructio* est-elle possible ?

On discutait la question de savoir si la construction est possible. Robert Kilwardby :

(V 15 v°) (Queritur) an possit esse constructio. Et apparet quod sic. Cuius passionis cause sunt sufficientes, et ipsa passio est. Sed cause constructionis sufficientes sunt. Est enim causa efficiens, ut constructor et modus significandi in partibus, et formalis, ut partium unio vel ordinatio, et materialis, ut partes constructe, [et][1] finalis, ut completi affectus expressio. Contra quod non possit esse potest sic argui. Si esset constructio, semper sub oppositis accidentibus et modis significandi fieret. Sed hoc non potest esse. Ergo primum non potest esse. Probatio prime. Sicut littere constituunt sillabas et sillabe dictiones, sic dictiones orationem. Sed littere constituunt sillabas et sillabe dictiones sub diversis et differentibus accidentibus, ut patet intuenti. Ergo dictiones semper debent orationem constituere sub diversis et oppositis accidentibus. Adhuc ex oppositis est generatio in natura, et ars imitatur naturam. Quare ex oppositis fiet in arte generatio, et ita erit de constitutione constructionis. Adhuc musicus considerat sonos, sicut gramaticus constructionem. Sed compositum in musicis fit ex oppositis. Quod patet ex diffinitione consonantie, quam dat Boetius in principio Musice[2] : « consonantia est vocum inter se dissimilium in unum redacta concordia. » Quare sic erit in gramatica. Et ita constructio erit ex oppositis. Adhuc si esset constructio, ex infinitis esset. Sed consequens non potest esse. Ergo nec primum. Probatio prime. Constructionis principia sunt ipsa constructibilia. Sed constructibilium principia infinita sunt, secundum quod apud diversas nationes diverse sunt littere, sillabe et huiusmodi, et per consequens diversa constructibilia. Et ita propter istam infinitatem principiorum apparet constructionis principia esse infinita. Et dicendum quod constructio est. Ad obiecta dicendum, et ad primum sic : quod non est simile omnino de constitutione sillabarum ex litteris et dictionum ex sillabis et de constitutione orationis ex dictionibus constructis. Litterarum enim compositio ad constituendum sillabas et sillabarum ad componendum dictionem solum

[1] *Om. Cod* — [2] *opp.* p. 1084. *De Musica*, I, 28.

in voce et euphonia attenditur. Dictionum autem unio ad constituendum orationem attenditur principaliter ex parte rei et penes accidentia et modos rerum significatarum. Et ideo quamvis littere sub oppositis accidentibus semper veniant ad constituendum sillabam et sillabe ad constituendum dictionem, tamen necesse est aliquando in constructione dictiones uniri sub accidentibus eisdem, dico si res unite per compositionem sint eedem. Ad secundum dicendum quod ex oppositis fit generatio in natura, id est ex ente potentia et ente actu, ut ex non albo simpliciter et albo tamen[1] imposito fit album, et omnino similiter est in constructione, que artificata est, quia constructio fit ex hiis que dependent adinvicem, et quorum unum est in potentia et alterum sit in actu respectu eius. Sed ex hoc non sequitur quod ex oppositis accidentibus et modis significandi semper fiat constructio. Ad tertium patet responsio per iam dicta. Ad aliud dicendum quod constructibilia et principia materialia constructionis et eorum principia essentialia eadem sunt apud omnes[2]... Et ita principia constructibilium non sunt infinita, nisi accidentaliter. Quare non probat oppositio. Et nota quod constructio magis attenditur ex parte rerum, quam vocum; et ideo quamvis non maneant dictiones in prolatione vocum unite, sunt tamen unite secundum intellectum, et sic manet constructio, que est congrua dictionum ordinatio.

§ VI. — Des principes de construction.

Michel de Marbais et tous ceux qui ont traité *de Modis significandi* ne reconnaissent de principes de construction que parmi les manières de signifier accidentelles, qu'ils distinguent en absolues et en relatives :

(X 8 v°) Illi... sunt absoluti, qui non sunt principia construendi, ut qualitas propria vel appellativa vel etiam species et figura. Illi vero sunt respectivi, qui sunt principia construendi, sicut genus, numerus, persona et casus Unde modi significandi absoluti sunt propter unicum finem inventi, utpote propter designationem proprietatum rerum vel modorum essendi earum, modi autem respectivi, propter duplicem finem, utpote propter designa-

[1] Peut-être faut-il *tantum*. — [2] Ici se trouve ce que nous avons cité ci-dessus, p. 125.

tionem proprietatum rerum et propter etiam coniunctionem partium per sui debitam proportionem . . . Isti modi significandi accidentales respectivi non sunt principia constructionis, nisi in virtute vel potentia modorum significandi essentialium, eo quod isti modi significandi presupponunt aliquo modo illos et inventionem sive impositionem ipsorum. Principium autem in unoquoque genere est causa omnium posteriorum, ut satis patet secundo Methaphisice. Unde modi significandi essentiales nominis[1] sunt principia constructionis virtute vel potentia sive radicaliter, modi autem accidentales respectivi immediate sive magis formaliter, secundum quod in Questionibus nostris supra Priscianum ostensum est evidenter.

Dans le nom, le genre, le nombre et le cas sont principes de construction :

(X 11) Genus est principium alicuius constructionis, cum in unione constructibilium requiratur mutua convenientia vel proportio in huiusmodi genere, utpote in constructione adiectivi cum substantivo, que dicitur adiectoria gramatice loquendo.

(X 11 v°) Numerus est principium alicuius constructionis, cum in constructione requiratur mutua convenientia vel proportio in huiusmodi numero, utpote in constructione adiectivi cum substantivo, que dicitur adiectoria, vel in constructione suppositi cum apposito, que dicitur appositoria.

(X 13) Casus est principium alicuius constructionis, cum in unione constructibilium requiratur proportio vel convenientia casuum adinvicem. Unde casus mutatione per se mutatur constructio, ut patet in constructione adiectoria, que est adiectivi cum substantivo, et in appositoria, que est appositi cum supposito.

On discutait sur les degrés de comparaison :

(X 10 v°) Communis opinio nostrorum doctorum gramatice est quod positivus, unde positivus, non est principium alicuius constructionis. Sed de constructione comparativi et superlativi est inter ipsos dissensio vel discordia. Quidam enim dixerunt quod isti gradus nullo modo sunt principia

[1] Michel de Marbais pose ces principes généraux à l'occasion du nom; mais ils s'appliquent évidemment aux autres parties du discours.

alicuius constructionis. Alii autem volentes imitari Priscianum et Donatum voluerunt quod ipsi semper sint principia constructionis, ita quod comparativus per se est principium construendi cum ablativo et superlativus cum genitivo. Alii vero, volentes tenere medium, dixerunt quod ipsi non sunt per se et immediate principia constructionis, sunt tamen eius principia tantum dispositive. Cui autem istarum opinionum sit adherendum visum est alibi. Non enim habet hic locum.

Dans le pronom, comme dans le nom, le genre, le nombre et le cas sont principes de construction, et, en outre, la personne, la *demonstratio* et la *relatio*. Michel de Marbais :

(X 16 v°) Persona est principium constructionis, cum in unione constructibilium requiratur convenientia vel proportio personarum. Unde ad mutationem persone per se mutatur constructio, ut patet in constructione appositoria.

(X 17) Sicut ex unione anime cum corpore causatur vita tanquam aliqua passio consequens ista duo, sic etiam ex unione modi significandi demonstrantis, qui est in pronomine demonstrativo, cum modo significandi demonstrabilis, qui est in nomine, causatur ipsa demonstratio et constructio demonstratoria, quod patet dicendo *iste homo currit* . . . Sic et ex unione modi signicandi referentis, qui est in pronomine relativo, cum modo significandi referibilis sive relati, qui est in nomine relato, causatur ipsa relatio et constructio relatoria, quod patet dicendo *Sor currit et ille disputat.*

On ne s'accordait pas à reconnaître que le mode, la voix et le temps fussent principes de construction. Et il est à remarquer qu'aucun grammairien du moyen âge n'a traité de l'emploi des modes, quoique Priscien en parle assez longuement dans son XVIIIe livre. Michel de Marbais :

(X 19 v°) De constructione ipsius modi triplex fuit gramaticorum opinio. Quidam enim voluerunt quod modus simpliciter sit principium constructionis, dicentes quod modus finitus correspondet casui recto, et modus infinitus casui obliquo, sicut accusativo. Alii vero voluerunt quod modus simpliciter

vel absolute dictus non est principium constructionis, quia tunc hoc competeret cuilibet partiali modo. Aliqui enim modi partiales simpliciter sunt principia constructionis, ita quod imperativus construitur cum vocativo et infinitivus cum accusativo. Et sic secundum intentionem ipsorum, aliqui modi sunt principium constructionis, non tamen omnes. Alii vero voluerunt quod nullus modus aliquo modo sit principium constructionis verbi cum nomine. Unde secundum ipsos nullus modus nulli casui correspondet. Sed ad hoc quod iste opiniones ad medium reducantur, credo esse dicendum quod nullus modus est principium constructionis ipsius verbi cum nomine formaliter et per se, aliqui tamen modi, sicut imperativus et infinitivus, sunt principia ipsius constructionis non formaliter, sed dispositive, ita quod imperativus disponit verbum, ut construatur cum casu vocativo, et infinitivus disponit ipsum, ut construatur cum accusativo. Et ratio omnium istorum visa est in nostris Questionibus supra Priscianum.

(X 20 v°) De constructione ipsius generis duplex fuit gramaticorum opinio. Quidam enim dixerunt quod nullum genus simpliciter est principium constructionis, dicentes quod genus activum et passivum non sunt eius principia formaliter, sed tantummodo dispositive, eo quod sunt modi significandi disponentes ad aliquos alios modos principaliter constructionem constituentes. Sed neutrum genus non est principium constructionis formaliter nec dispositive, sicut dixerunt. Alii vero volunt quod genus activum et passivum sint principia huiusmodi constructionis non solum dispositive, sed etiam formaliter, eo quod ipsa in verbo existentia proportionantur aliquibus modis significandi existentibus in aliquibus constructibilibus, sicut genus activum proportionatur casui accusativo, et genus passivum casui ablativo. Sed neutrum genus non est principium constructionis formaliter, nec etiam dispositive, sicut etiam voluerunt. Unde de genere activo et passivo inter se dissenserunt, sed de neutro simul conveniunt. Cui autem istarum opinionum adherendum visum est in tractatu nostro supra gramaticam et in Questionibus nostris supra Priscianum.

(X 21 v°) Tempus non est principium constructionis verbi cum nomine vel pronomine nec a parte ante nec a parte post, cum nullum requirat modum significandi similem vel proportionalem ei... Utrum autem ipsum sit principium construendi verbum cum adverbio, de hoc est dissensio inter nostros doctores. Sed quid de his sit sentiendum visum est alibi.

Ainsi on ne songeait pas qu'il pût y avoir, soit entre les modes, soit entre les temps, une certaine correspondance, et on n'envisageait que la construction du nom avec le verbe; alors on ne lui reconnaissait d'autres principes de construction que la personne et le nombre dans la construction de l'*appositum* avec le *suppositum* (X 11 v°, 16 v°).

Les manières de signifier communes à l'adjectif et au participe, le genre, le nombre, le cas, sont, pour le participe, principes de construction :

(X 24 v°-25) Genera (*ou* numeri *ou* casus) sunt principia constructionis dispositorie, que est adiectivi cum substantivo. Ad hoc enim quod ipsum participium cum aliquo substantivo construatur, oportet quod cum illo in genere (*ou* numero *ou* casu) conformetur.

Les différentes significations de l'adverbe sont principes de construction :

(X 29 v°) Predicti modi significandi sunt principia constructionum determinatarum ipsius adverbii cum verbo vel participio, quia omnes illi modi significandi sunt principia construendi, quibus proportionantur alii modi existentes in aliquo alio constructibili . . . Sed sic est in istis modis, quia modo collocantis, per quem adverbia dicuntur loci, correspondet modus collocati vel collocabilis ex parte verbi, etc... Et ita multe sunt particulares constructiones et determinate ipsius adverbii cum verbis, quibus nomina non sunt imposita . . . Una tamen illarum nominari potest collocatoria, alia mensuratoria, etc.

De même les différentes significations des conjonctions appelées *potestates* étaient principes de construction :

(X 32 v°) Iste potestates sunt principia aliquarum constructionum, cum in unione constructibilium requiratur proportio vel convenientia potestatum. Unde ad potestatum mutationem per se mutatur constructio, ... quia hec recipitur a pluribus congrua *Sor et Plato currunt*, hec autem in-

congrua *Sor vel Plato currunt*, et hec etiam recipitur pro congrua *Sor vel Plato currit*, hec autem incongrua *Sor et Plato currit*. Similiter hec est simpliciter congrua *homo et asinus currunt*, hec autem simpliciter incongrua *homo et albus currunt*, eo quod iste coniunctiones volunt coniungere inter diversa constructibilia, quorum unum non se habet per informationem respectu alterius.

La construction de la préposition avec l'accusatif était *terminatoria*, avec l'ablatif, *initiatoria* :

(X 36) Ille autem dicuntur servire accusativo (*ou* ablativo) casui, que significant per modum retorquentis casuale ad actum in ratione termini terminantis (*ou* initiantis), cui correspondet a parte casualis modus retorsibilis ad actum in ratione termini terminantis (*ou* initiantis), et ex istorum proportione non solum causatur constructio prepositoria, sed specialiter constructio retorsiva, que dici potest terminatoria (*ou* initiatoria).

Quant à l'interjection, sa manière de signifier spécifique est principe de construction :

(X 38) Diffinitio (*la définition de l'interjection est « pars orationis significans rem suam per modum animam afficientis »*) ponit interiectionem construi in forma constructibili cum aliqua parte. Id enim dicitur uniri alteri in forma constructibili, quod habet modum significandi proportionalem alicui modo significandi existenti in aliquo alio constructibili... Sed modus afficientis proportionatur modo significandi affectibilis, sicut etiam modus per se stantis proportionatur modo dependentis... Et ideo sicut adverbium habet constructionem cum verbo, que dicitur adiectoria sive dispositoria,... sic etiam interiectio habet constructionem cum aliqua parte, que dicitur affectoria ... Si querat iuvenis quid sit illud constructibile, cum quo interiectio construitur in forma constructibili, dico quod non est verbum, sicut posuerunt plures et magni, sed potius nomen vel pronomen, ut patet in hac constructione *heu Sorti* vel *michi* ... Hec enim interiectio *heu* significat per modum afficientis, et li *Sorti* vel *michi* per modum affectibilis.

Michel de Marbais admet, en outre, comme principes de

construction, les différentes espèces de noms et les significations en vertu desquelles les verbes se construisent avec tel ou tel cas :

(X 13 v°) Plurimi sunt modi significandi, qui a Donato et a Prisciano inter modos significandi non sunt connumerati, sicut modus significandi per se stantis et modus significandi dependentis, a quibus causatur constructio dispositoria, et modus significandi interrogantis et modus interrogati, a quibus causatur constructio interrogatoria, et modus significandi referentis et modus relati, a quibus causatur constructio relatoria, et modus significandi specificabilis et modus specificantis, a quibus causatur constructio specificatoria, et modus significandi distribuentis et modus distribubilis, a quibus causatur constructio distributoria, et modus significandi ut est alterius, et modus significandi ut est alteri acquisibile, et modus ut est ab altero acquisibile. Et sic de quibusdam aliis, qui sunt principia constructionis. Istos enim modos in nomine est reperire, quos ex suis constructionibus in gramatica esse supponimus.

(X 22) Sunt aliqui modi significandi accidentales inexistentes ipsi verbo, qui a Donato et Prisciano non enumerati sunt ... Aliqua enim sunt verba, que habent modum significandi ut est alterius, ut patet in hoc verbo *misereor* ... Alia sunt que habent modum significandi acquisibilis alteri, ut patet in hoc verbo *do* . . . Alia... significant per modum excitati, ut patet in verbis imperativi modi. Alia sunt, que habent modum significandi ut ab altero, sicut illa que construuntur cum ablativo, et alia sunt, que significant per modum specificabilis, ut patet in verbis substantivis et vocativis.

Au reste, comme il suffisait qu'il y eût correspondance entre la manière de signifier d'un mot et celle d'un autre pour qu'il y eût construction, on pouvait compter autant de principes de construction que de manières de signifier. On disait que, si la manière de signifier n'était pas *formellement* et *immédiatement* principe de construction, elle *disposait* à une manière de signifier qui était principe de construction. Ainsi la *qualitas* par laquelle un nom est appellatif, est principe de construction :

(X 9) Qualitas. . . est principium constructionis alicuius. . . ex eo quod

ipsa disponit ad modum significandi distribubilis, qui per se est principium constructionis propter sui proportionem cum modo distribuentis. Ex hoc enim quod aliquid est in plura multiplicabile, ipsum est in ea distribubile. . . . Unde notandum est quod hec constructio *omnis homo currit*, que dicitur distributoria gramatice loquendo, est congrua, hec autem *omnis Sor currit* est incongrua.

§ VII. — Des différentes espèces de construction.

Priscien, en considérant l'emploi des personnes dans la construction des noms et des pronoms avec le verbe, distinguait les constructions en intransitives, transitives, réciproques et retransitives, suivant que l'action ne s'exerce pas sur une personne (percurrit homo excelsus, XIV, 14), ou qu'elle s'exerce sur une autre personne que celle qui la fait (Aristophanes Aristarchum docuit, XIII, 23), ou que la personne agit sur elle-même (Aiax se interfecit, *ibid.*), ou que l'action exercée sur une autre personne retourne ensuite à celle qui l'a exercée (orare iussit ut ad se venias, XII, 12). On ne sait si Priscien comprenait dans cette division toute espèce de construction. Il aurait pu faire rentrer la construction de l'adjectif épithète ou de l'apposition avec un nominatif dans les constructions intransitives; car il enseigne (XVIII, 6) que, dans la construction *filius Pelei Achilles multos interfecit Troianos*, il faut sous-entendre le participe *ens*, ou plutôt *qui est, vel qui fuit Pelei filius;* il dit (XVIII, 7) que *honestus faciem vir cernitur* est pour *qui est honestus faciem;* et il pose en principe général (XVIII, 6) que « nominibus quidem exigentibus obliquos necesse est substantivum verbum vel participium consequi. » Mais il ne dit nulle part qu'il faille sous-entendre le verbe substantif entre un génitif et le nom dont ce génitif est le complément. Du temps de Pierre Hélie on rangeait la construction du génitif avec un

nom parmi les constructions transitives, et l'on distinguait différentes espèces de *transitio :*

(*nb* 131. XVII, 26) Pluribus autem modis fit transitio constructionis. Aut enim fit transitio actionis de una persona ad aliam, ut *Sor videt Platonem ;* ostenditur enim actio videndi transire a Sorte in Platonem. Aut fit transitus passionis de una persona in aliam, ut *Sor videtur a Platone; videtur* enim passionem significat que ostenditur transire a Platone in Sortem. Est et alia transitiva constructio, ubi fit transitus inter personas per mutationem casuum, ut *Sor est Platonis pater.* Hic nulla est transitio nisi inter personas. Ad aliam enim personam pertinet hoc nomen *pater,* et ad aliam hoc nomen *Platonis,* et est ibi mutatio casuum, quia alter est nominativus, alter est genitivus; ideoque hec constructio dicitur transitiva. Contingit etiam fieri transitivam constructionem, quando nec actionis nec passionis nec personarum fit aliqua transitio, sed cum verbo ponitur oblicus, adiuncta sibi prepositione, ut *Sor sedet ad portam.* Nulla sunt hic inter que proprie possit fieri transitio, quia *Sor* et *sedet* intransitive sibi construuntur; dicitur tamen transitiva constructio, quia cum verbo *sedet* ponitur oblicus, addita sibi prepositione que quodam modo transitum quendam de una persona in aliam significat, quia de hac persona *Sortis* fit transitus ad aliam personam, id est ad portam, que persona dicitur, ut large persona accipiatur. Et hec constructio improprie dicitur transitiva propter solam casuum mutationem.

On se posait la question suivante :

(*nb* 131. XVII, 26) Queritur autem cuiusmodi sit hec constructio *Sor legit Virgilium.* Videtur enim esse intransitiva, quia iste due dictiones *Sor* et *legit* intransitive sibi construuntur. Videtur iterum quod sit transitiva, quia ibi transit actus ab una persona in aliam, scilicet Sor in Virgilium. Quapropter dixerunt antiqui quod illa constructio mixta est, quia partim est transitiva, partim vero intransitiva. Sed credo quod decepti fuerunt in hoc nomine *constructio.* Constructio enim tribus modis dicitur, active, et passive, et etiam constructio dicitur ipsa oratio constructa. Cum ergo dicitur «intransitiva constructio est inter has dictiones *Sor* et *legit,*» ibi passive accipitur constructio, id est ille dictiones sibi intransitive construuntur.

Item transitiva constructio est inter *legit* et *Virgilium*, id est ille dictiones sibi transitive construuntur, et ibi similiter constructio passive accipitur. Cum autem dicitur « hec est quedam constructio *Sor legit Virgilium*, » ibi constructio dicitur de oratione constructa, et constructio illa transitiva est. Ex quo enim actus ostenditur transire ab una persona in aliam, transitiva iudicatur a Prisciano constructio, si constructio accipiatur pro oratione constructa. Si autem dicatur constructio passive, diverse sunt ibi constructiones, quia diversis modis sibi construuntur ille dictiones.

Pierre Hélie semble, d'ailleurs, considérer cette division comme complète et comme comprenant toutes les espèces de constructions; car il dit en entrant en matière :

(*nb* 131) Quoniam in principio dictum est quid sit constructio, restat constructionem dividere in species suas.

Au XIIIe siècle on se posait formellement la question :

(V 16) Queritur utrum iste differentie sint constructionis in tota sua communitate;

et on élevait la difficulté suivante :

Constructio intransitiva refertur ad identitatem personarum, constructio transitiva vero ad diversitatem earum. Quare non est transitio aut intransitio, nisi ubi et persone significatio. Hoc autem non in indeclinabilibus, sed solum in declinabilibus.

On répondait :

[Sicut][1] Priscianus sumendo transitionem et intransitionem, prout pertinent ad personarum identitatem vel diversitatem, solum insunt iste differentie partibus declinabiliubs. Communiter tamen accipiendo eas, ut dicatur

[1] *Om. Cod.*

transitio ubicunque non est personarum identitas, vel intransitio, ubi non est personarum diversitas, potest dici quod iste differentie comprehendunt constructionem tam partium declinabilium quam indeclinabilium.

On adoptait d'ailleurs les divisions qui s'étaient introduites au temps de Pierre Hélie et on en ajoutait de nouvelles :

(V 16) Transitio actus dicitur, quando una persona agit in aliam. Transitio personarum est quando sine actu fit transitio ab una persona ad aliam. Exemplum de primo *Sor videt Platonem*, de secundo *cappa Sortis*. Cum igitur intransitio fieri possit mediante actu, ut in verbo substantivo sic *Sor est homo*, et sine actu, ut *homo albus*, apparet quod duplex est intransitio, actuum scilicet et personarum, sicut est duplex transitio. Et dicendum quod non sic dividitur intransitio. Et huius ratio est, quia intransitio pertinet ad identitatem persone, transitio autem ad diversitatem persone. Diversitas autem personarum facientium transitionem modum duplicem habet, unum ut fiat transitio actu mediante, alium ut sine actu mediante expresso. Et ideo duplex est transitio. Identitas autem persone, a qua fit intransitio, unico modo est, scilicet a persona que est suppositum et subsistens respectu accidentium. Non enim ab identitate persone verbalis dicitur intransitio, quia illa nichil est, nisi ab alia persona iam dicta.

(V 16) Intransitio est duplex, cum exigentia vel regimine, vel sine. Sine regimine et exigentia fit intransitio in appositione nominis ad nomen et ad pronomen, et in appositione pronominis ad pronomen, et nominis et participii ad pronomen... Intransitio autem cum regimine et exigentia aut est simplex aut composita, simplex, cum verbo ante vel post, quando una est supposita persona et unius actus, ut *Sor sedet*...; composita, quando una persona est supposita et multi actus, ut *Sor sedet et loquitur*, vel e converso *Sor et Plato sedent*, vel quando multiplicatur tam persona suppositi quam actus, ut *Sor et Plato sedent et disputant*.

§ VIII. — Des figures de construction.

On distinguait la construction propre (*propria*) et la construction figurée (*figurativa*); et, au XIIIe siècle, on employait

l'expression de *figures de construction* (*figure constructionis*)[1] par opposition aux *figures d'élocution* (*figure locutionis*) ou tropes, pour désigner ce que les anciens appelaient σχήματα λέξεως, *figuræ verborum*. Le germe de cette distinction et de ces expressions se rencontre dans Pierre Hélie et dans un passage de Priscien (XVII, 155), tel que Pierre Hélie l'a commenté :

(N 33 v°. IV, 7) Non est idem figurativam esse constructionem et locutionem. Locutionum enim alia est propria, alia figurativa, alia vitiosa. Propria est quando voces in illo sensu proferuntur in quo prius sunt reperte, ut *homines rident*. Figurativa locutio est ubi voces de propria significatione ad aliam significationem transferuntur convenienter, ut *prata rident*. Vitiosa est locutio ubi est translatio inconveniens, ut *Neptunias lacunas*[2]. Propria vero constructio est ubi voces in eisdem accidentibus intransitive construuntur, ut *Sor legit*. Figurativa est quando voces diversorum accidentium aliqua rationabili causa intransitive construuntur, ut *ego Priscianus lego*[3]. Vitiosa est quando sine omni ratione hoc fit, ut *bonus hominem ambulat*.

(*nb* 143 v°. XVII, 155) Quia autem hic facit mentionem de figurativa constructione, videndum quid sit figura et quot sint figure. Est autem figura aliquarum dictionum in diversis accidentibus coniunctio aliqua rationabili de causa, que fit, quando diversi numeri vel diversa genera inter se construuntur, velut[4] si dicamus *turba ruunt*... Ideo autem dictum est *aliqua rationabili causa*, quia, si absque ratione diversi numeri vel diversi casus construuntur inter se, non erit figura, sed vitium. Sunt[5] autem

[1] L'énumération de constructions figurées qui est intitulée « De Figuris factis per genitivum casum » dans le manuscrit 7530, f° 38 (VIIIe siècle), porte, dans le manuscrit *Sorb.* 1476 (IXe siècle), le titre plus exact : « Incipiunt schemata logu (*sic*), id est figure orationis. »

[2] *Rhet. ad Herennium* IV, x, 15.

[3] Priscien, XVII, 16.

[4] velud *Cod.*

[5] *Le passage qui répond à* sunt... accidentia *dans N 168 est ainsi rédigé*: « Allotheta autem est generale nomen omnium figurarum, quia quelibet figura potest dici allotheta. Interpretatur autem variatio, eo quod, ubicumque sit figura, variantur dictiones aliquo modo secundum sua accidentia. »

multe figure, secundum quas fit huius modi variatio accidentium. Una illarum appellatur[1] alloteta, et interpretatur variatio, et [est][2] genus omnium figurarum aliarum. Alloteta enim est ubi variantur genera vel casus vel numeri vel persone vel quelibet alia accidentia... Prolemsis autem interpretatur presumptio, et est prolemsis, quando generaliter aliquid presumitur, quod postea singulariter distribuitur, cum subiungitur, [ut][3] *reges venere, Latinus Turnus et Eneas*[4]... Silemsis est diversarum clausularum per idem verbum conglutinata conceptio, ut ibi *hic illius arma, hic currus fuit*[5]... Zeuma est diversis clausulis[6] eiusdem verbi adiunctio[7], ut apud Virgilium[8] *Troiugena interpres divum, qui tripodas, qui clarios latices, qui numina*[9] *Phebi sentis*... Concidentia, quando diversi numeri et diversi casus et diverse persone vel diversa genera coniunguntur, ut hic *turba ruunt*[10], vel *pars in frusta secant*[11] et similia. Similiter *ego ipse, tu ipse*[12] et sic in aliis. Sexta appellatur procidentia, quando casus pro casu vel nominativus pro vocativo[13] ponitur, ut *hoc regni* pro *hoc regnum*[14], *fluvius* pro *fluvie*[15]. Quod autem variantur genera et casus procidentia[16] et numeri probat[17] per illud exemplum Virgilii; ait enim in duodecimo[18] *dictamnum*[19] *genitrix*, etc... Nota quod procidentia appellatur antitosis ab *anti*, quod *contra*, et *ptotos*, quod est casus, quia casus pro casu ponitur, non quod solum fiat, quando casus ponitur, sed quia frequentius.

Ces idées servirent de base à la théorie des figures qui prévalut au XIIe siècle. Comme Priscien ne parle de figures qu'à propos de constructions, on s'imagina que les grammairiens

[1] apellatur *Cod., et de même dans ce qui suit.*
[2] *Om. Cod.*
[3] *Om. Cod.*
[4] Virg. *Æn.* XII, 161; dans Donat, p. 1773 P.
[5] Virg. *Æn.* I, 16; dans Donat, *ibid.*
[6] clasulis *Cod.*
[7] adiuctio *Cod.*
[8] *Æn.* III, 359; dans Donat, *ibid.*
[9] numia *Cod.*
[10] turbarunt *Cod.*
[11] Virg. *Æn.* I, 212; dans Priscien, XVII, 156.
[12] Priscien, XVII, 78.
[13] nominativo *Cod.*
[14] Virg. *Æn.* I, 78; dans Priscien, XVII, 160.
[15] Virg. *Æn.* VIII, 77; dans Priscien, XVII, 189.
[16] pro *Cod.*
[17] Priscien, XVII, 158, 159.
[18] *Æn.* XII, 412 *et suiv.*
[19] digtannum *Cod.*

n'ont à s'occuper que des *figures de construction* (terme que Pierre Hélie ne connaît pas encore, mais qui devient général au XIIIe siècle), et l'on crut qu'il n'y avait pas un plus grand nombre de figures que celles qui sont énumérées par Priscien dans XVII, 155, c'est-à-dire suivant l'orthographe et la prononciation d'alors, *alleotheta* (ἀλλοιότης), *silemsis* (σύλληψις), *prolemsis* (πρόληψις), *zeuma* (ζεῦγμα), *sintosis* (συνέμπλωσις), *antitosis* (ἀντίπλωσις)[1]. L'*alleotheta* étant regardée comme le genre dont les autres figures n'étaient que les espèces, on ne comptait en réalité que cinq figures de construction. Je n'ai vu nulle part qu'on se soit préoccupé de concilier la dénomination employée par Donat, *schemata lexeos, figuræ verborum*, avec celle de *figures de construction*, ni qu'on ait essayé de ramener à la *sintosis* et à l'*antitosis* les quatorze figures que Donat énumère outre la prolepse, la syllepse et le zeugma. On lui empruntait d'ailleurs les définitions qu'il donne de ces trois dernières figures. Au XIIIe siècle, suivant la définition de Pierre Hélie, dont les éléments sont dans Donat, on cherchait toujours en quoi réside l'impropriété d'une figure, en quoi elle est possible (*quare potest fieri*), en quoi elle est nécessaire (*quare oportuit fieri*), c'est-à-dire les raisons qui légitiment et excusent l'impropriété.

(R 71 *Apponens duplices*) Ad evidentiam pleniorem causarum figurativas constructiones excusantium, premittendum est quod generaliter figura constructionis est improprietas proveniens in ordine constructibilium, rationabiliter dicta. Sed propter hoc dicit *rationabiliter dicta*, quia oportet ibi

[1] Il est à remarquer que, dans ces formes, on a, en général, supprimé, de deux consonnes consécutives, la première. On trouve pourtant aussi *silempsis* et *prolempsis*. Quant au mot *alleotheta* ou *alleoteta*, qu'on dérivait de « *aleos* alienum et *thesis* positio (*q*3), » il a pris cette forme parce que Priscien l'a employé à l'accusatif (XVII, 155) « per figuram quam vocant Græci ἀλλοιότητα. »

reperire causam quare potest fieri. Dico ergo, rationabiliter procedendo, quod causa quare potest fieri semper sumitur a parte constructibilium, quia nemo debet loqui figurative vel improprie, nisi in constructibilibus inveniat rationem quare ordinem illum improprium valeat excusare. Causa vero quare oportet fieri sumitur a parte constructoris, quia oportet quod constructor sit sapiens et profunde scientie figurative, ut per profundas sententias exprimat profundum intellectum, vel utatur quandoque eloquio ordinato.

Ainsi dans *turba ruunt* il y a impropriété, parce qu'un singulier est construit avec un pluriel; la figure est possible, parce que *turba* est un collectif; elle est nécessaire, parce qu'elle exprime à la fois, par le pluriel, la multitude, et par le singulier, l'unité de cette multitude qui se précipite comme un seul homme (R 115 *non das ad vocem*).

§ IX. — Division de la syntaxe.

Il est singulier qu'aucun grammairien du moyen âge ne paraisse avoir cherché à établir systématiquement et *a priori* une division de la syntaxe, comme on aimait à le faire à cette époque. Voici le plan suivi par Alexandre de Villedieu. Dans le VIIIe chapitre de son Doctrinal, il traite du régime, c'est-à-dire de l'emploi des cas, et il termine en parlant des adverbes de lieu et des participes. Dans le chapitre IX, il traite de la construction, c'est-à-dire des différentes espèces de construction, transitive, intransitive, réciproque, rétransitive, de l'ordre régulier des mots, des constructions qui s'en écartent, des exceptions à la règle de l'accord, des rapports de l'antécédent avec les relatifs, de la construction des verbes impersonnels, des gérondifs et des supins, des mots employés *materialiter*, de l'emploi des prépositions et des conjonctions, de la relation en logique et en grammaire. Cet ordre est évidem-

ment peu méthodique, et il est singulier que les règles fondamentales de l'accord ne soient formulées nulle part dans le Doctrinal. Les autres traités de syntaxe ne contiennent guère que ce que donne Alexandre. Voici, par exemple, le plan du traité de Sponcius, qui est antérieur à 1252 (T *w* 7-9) : Définition de la construction « secundum quod constructio dicitur tota oratio. » Constructions transitive, intransitive, rétransitive, réciproque. De la construction « secundum quod constructio dicitur modus construendi qui attenditur inter partes. » Construction du *suppositum* avec le verbe personnel et impersonnel : « Nominativus qui supponit verbo, debet esse eiusdem persone et eiusdem numeri cum ipso verbo; et si aliter fuerit, locutio erit incongrua aut salvabitur per figuram (7 v°); » des cinq figures de construction. Du régime des cas construits avec les noms. De la construction du nominatif *a parte post* avec les *verba substantiva et vocativa.* De la construction des cas avec les *verba accidentalia,* avec les verbes passifs, neutres, déponents, *communia.* Des différentes espèces de *relatio.* Règles et questions sur la construction des relatifs, des adverbes de lieu et de temps; manière de répondre aux questions de lieu par un nom de ville. — Voici les questions traitées par Gosvin de Marbais :

(Y 72) Utrum constructio sit. — Quid sit subiectum constructionis, utrum dictio vel oratio. — (72 v°) In quibus partibus constructio sit per prius, utrum in partibus declinabilibus vel indeclinabilibus. — Accidentia per se non sufficiunt, tamen cum significatis generalibus vel specialibus conferunt ad hoc quod una dictio cum alia construatur. — (73) De divisione constructionis. — (73 v°) De constructione nominis ad nomen.. et.. primo... de constructione substantivi cum substantivo. — (74) De constructione adiectivi cum suo substantivo. — (74 v°) De constructione recti cum obliquo, ut cum dicitur *capa Sortis.* — (76) De constructione nominativi cum dativo — cum accusativo. — Utrum vocativus construatur. —

(76 v°) De constructione nominativi cum ablativo (*et de l'ablatif absolu*). — (77) De constructione nominis cum pronomine. — (78) Quo verbo perficiatur illa constructio nominativo *hic magister*. — (78 v°) Queruntur quedam questiones circa declinationem incidentes. — (79) De constructione nominis cum verbo. — Circa verba substantiva et vocativa duo sunt inquirenda : primum est de principiis construendi istorum cum nomine a parte ante, secundum utrum habeant vim evocandi. — (80) De verbis adiectivis. — (81 v°) De verbis que habent rem suam cedentem a parte suppositi, et hec vocantur impersonalia. — (82) Circa verba substantiva duo sunt inquirenda : primum est utrum verbum substantivum significet substantiam; secundum est utrum verbum substantivum possit impersonari. — (82 v°) De suppletionibus verborum. — (83) De gerundivo. — (83 v°) De constructione gerundivorum et supinorum. — (84) De infinitivo.

On voit que c'est ce qu'on a appelé depuis la syntaxe d'accord et la syntaxe de régime qui fait le fond de ces traités de syntaxe, comme déjà dans Hugues de Saint-Victor. Je suis le plan d'Alexandre de Villedieu, non comme le meilleur, mais comme le plus autorisé et le plus complet.

II. Du régime.

§ I. — Définition du mot *regere*.

L'expression *regere* est ordinaire dans Hugues de Saint-Victor, Abélard, Pierre Hélie; et l'on voit par Pierre Hélie que, de son temps, on la croyait nouvelle :

(*nb* 149) Ubi gramatici huius temporis dicunt[1] « dictio regit dictionem, » ibi Priscianus dicit[2] « dictio exigit dictionem, » et quod alii dicunt regimen, ipse dicit exigentiam apertiori[3] utens locutione. Non[4] tamen culpo nostrorum gramaticorum locutionem, quia metaforice[5] dictum est quod

[1] quod *add.* N.
[2] quod *add.* N. dicit *ante* Priscianus N.
[3] magis aperta N.
[4] non... locutionem *om nb.*
[5] metaphorice N.

dictio regit[1] *dictionem*, et est congrua[2] metafora[3]. Sicut enim dux regit exercitum, sic verbum regit nominativum positum[4] in constructione[5].

Depuis ce temps ce mot est devenu d'un usage universel et presque exclusif; et, pendant tout le moyen âge, on l'employait même en parlant du nominatif, et non pas seulement des cas obliques.

On discutait, du temps de Pierre Hélie, sur la manière dont il fallait le définir :

(*nb* 149) Dubitatum est autem et quesitum ab antiquis quid sit dictionem regere dictionem[6]. Et dixerunt plerique quoniam[7] dictionem regere dictionem non est aliud, quam unam dictionem assumere aliam[8] in constructione ad determinationem sue significationis... Cum enim dico *currit*, actum[9] quidem per verbum significo; sed actus non potest esse, nisi alicui insit; ideoque non potest illius verbi[10] determinari significatio[11], nisi ostendatur de quo dicitur. Assumit[12] ergo sibi hoc verbum nominativum[13] ad determinandam[14] suam significationem, ut[15] cum dico *Socrates currit*. Ideoque verbum dicitur regere nominativum[16]. Sed male videntur[17] descripsisse[18] quid est dictionem regere aliam[19]. Si enim regere dictionem est aliam[20] adiungere sibi[21] ad determinandam suam significationem[22], sic nominativus[23] verbum regit. Cum enim dico[24] *Socrates*, habeo[25] rem[26] de qua fit[27] sermo.

[1] regat *ante* dictio N.
[2] congrua — satis congrua *post* metafora N.
[3] metaphora N.
[4] positum *post* constructione N.
[5] Cf. Priscien XVII, 28.
[6] *Om. nb.*
[7] *Om.* N.
[8] et hoc *add. nb.*
[9] actus *nb.*
[10] *Om. nb.*
[11] significatio *ante* determinari N.
[12] asumit *nb.*
[13] casum *add.* N.
[14] determinandum N.
[15] ut *om.* N.
[16] casum *add.* N.
[17] dentur *nb.*
[18] descripsise *nb.*
[19] dictionem regere aliam — regere dictionem N.
[20] *Om.* N.
[21] eam *add.* N.
[22] determinandam suam significationem — determinationem significationis N.
[23] nominativum *nb.*
[24] *Om. nb.*
[25] hebeo N.
[26] harem *nb.*
[27] fiat N.

Sermo autem[1] de ea fieri non potest[2], nisi aliquid de ea dicatur. Quare ad determinationem significationis[3] huius nominis *Socrates* necesse est addere verbum, ut *Socrates currit*[4]. Quare nominativus[5] regit verbum : quod est contra omnem artis gramatice rationem. Secundum hoc etiam oblicus[6] regit prepositionem, cum adiungat sibi eam in constructione ad determinandam[7] suam significationem[8]. . . . . : quod caret ratione. Eodem modo[9] substantivum nomen regit adiectivum in constructione. . . . . : quod est contra Priscianum. Quamvis quidam ausi sint dicere quod ibi (*homo albus currit*) adiectivum regitur a substantivo. Dicunt enim[10] quod ille[11] nominativus *homo* regitur ab hoc[12] verbo *currit*[13], *albus* vero[14] ab hoc nominativo *homo*. Quare? quia substantivum regit adiectivum additum sibi[15] ad determinationem[16] significationis. Sed hoc apud nullum[17] auctorem[18] invenitur[19]. Propter hoc ergo et alia plura nolo dicere quod regere dictionem sit adiungere eam[20] sibi in constructione ad determinationem sue significationis. Sed ut breviter[21] dicam[22] et verius, dictionem regere aliam dictionem nil[23] aliud est, quam trahere secum eam in constructione ad constructionis perfectionem, non autem dico ad significationis determinationem. Unde verbum exigit nominativum[24], quia ad perfectionem constructionis trahit secum nominativum[25] in constructione; ut cum dico *lego*, actum[26] legendi[27] designo alicui inesse, itaque[28] significo sermonem fieri de aliquo. Nominativus autem[29] significat id de quo fit sermo. Quare[30] illud verbum

[1] *Om. nb.*
[2] de ea fieri non potest — non potest fieri de ea N.
[3] eius significationis *post* Socrates *nb.*
[4] *Om.* N.
[5] casus *add.* N.
[6] obliqus N casus *add.* N.
[7] determinationem N.
[8] suam significationem *om.* N.
[9] secundum hoc *add.* N.
[10] dicunt enim — dicentes N.
[11] iste N.
[12] illo N.
[13] *Omm. Codd.*
[14] regitur *add.* N.
[15] sibi additum *post* significationis N. aditum *nb.*
[16] sue *add.* N.
[17] nullam *nb.*
[18] actoritatem *nb.*
[19] inveni N.
[20] eam *ante* adiungere N.
[21] brevius N.
[22] dicam *post* verius N.
[23] nichil N.
[24] casum *add.* N.
[25] *Effacé dans* N.
[26] quidem *add. nb.*
[27] actum legendi *post* designo N.
[28] et ita N.
[29] vero N.
[30] quia *nb.*

trahit secum nominativum [1] in constructione ad perfectionem constructionis, quia aliter non erit perfecta constructio. *Lego* etiam ex vi demonstrationis designat rem ut de se loquitur, scilicet ut significatur per nominativum persone prime [2], et ideo illud verbum trahit secum hunc nominativum *ego*. Eodem modo et de secunda persona verbi est [3] dicendum... Similiter et de tertia persona est manifestum..... Non autem [4] e converso est verum quod [5] nomen trahat [6] secum verbum in constructione, quia [7] nomen [8] non significat rem suam ut aliquid de ea dicitur. Non enim significat [9] rem suam supponendo [10] eam alicui, et ita non significat rem ut supponitur rei significate per verbum, quamvis significet rem de qua dicitur res verbi [11]; sed [12] non ad hoc significat eam. Cum enim dicitur *Plato*, non intelligo statim rem ut de ea dicitur res verbi. Sed [13] cum dicitur [14] *legit*, designo [15] rem ut dicitur de re nominis. . . . . Sed [16] opponitur [17] quod secundum hoc prepositio non regit oblicum [18] casum [19], quia non trahit oblicum in constructione, imo [20] magis obliqus [21] trahit prepositionem. Hoc autem [22] dico [23] esse falsum, quia prepositio trahit oblicum in constructione. Cum enim dico *averto* [24] *faciem meam ab illo*, ibi *ab* [25] significat separationem [26]. Quia prepositio significat separationem, sed non determinat cuius rei separationem [27], ideo [28] necessario secum [29] trahit oblicum, per quem separatio illa certificetur [30]. Unde prepositio illa [31] habet oblicum [32] regere. Palam est autem se-

[1] *Om. nb.*
[2] prime *ante* persone N.
[3] *Om.* N.
[4] *Om. nb.*
[5] quia *nb.*
[6] trahit *nb.*
[7] quoniam *nb.*
[8] *Om.* N.
[9] significat *post* supponendo *nb.*
[10] supponendo *post* alicui *nb.*
[11] verbi res *ante* de *nb.*
[12] sed.... verbi *om.* N.
[13] sicut N.
[14] dico N.
[15] designat N.
[16] si N.
[17] oponitur *nb* opponatur N.
[18] obliquum N *et partout.*
[19] *Om. nb.*
[20] immo N.
[21] obliquus N.
[22] *Om.* N.
[23] dico *ante* hoc N.
[24] averti *nb.*
[25] averto *Codd.*
[26] que separatio significatur per prepositionem *add. Cod.* quia separatio etiam significatur per prepositionem *add.* N.
[27] *Om.* N.
[28] idcirco N.
[29] secum *post* trahit N.
[30] significatur *nb.*
[31] *Om.* N.
[32] oblicum casum *ante* habet N.

cundum hoc quoniam [1] substantivum non regit adiectivum. Cum enim dico *albus homo* [2] *currit, homo* [3] non trahit secum *albus* ad perfectionem constructionis, imo [4] ad determinationem significationis, quia significatio huius nominis *homo* nimis est vaga, ideoque determinatur adiectione [5] illius adiectivi. Et hoc verbum *currit* exigit hoc nomen [6] *albus*, quia, si diceretur tantum *homo currit*, nimis vaga esset locutio. Ideoque ad determinationem significationis [7] necesse est addere ipsi substantivo adiectivum nomen [8]. Verbum autem non tantum regit nominativum [9], sed etiam oblicos [10]. Quum [11] enim [12] verbum significat actum transeuntem ab uno [13] in aliud [14], tunc verbum in constructione trahit oblicum [15]. Ut cum dico *Socrates legit*, ostendo actum transire [16] a Socrate. Sed semper pendet animus auditoris ex re ut significatur per oblicum. Querit enim semper quid legit. Et ideo ad maiorem constructionis perfectionem trahit hoc verbum secum accusativum [17], ut *Socrates legit Virgilium*... Eodem modo etiam [18] participium regit obliqum casum [19]... Nomen etiam exigit oblicum casum [20], quia quoddam nomen significat rem ut pendet ex re significata per oblicum, ut *pater* ex vi relativa significat rem ut pendet ex re significata per genitivum [21]. Unde auditor [22] semper expectat cuius pater. Ideo iste nominativus trahit secum [23] genitivum in constructione, ut *pater filii*.

La définition de Pierre Hélie n'a pas prévalu. Au XIIIe siècle on distinguait entre *regere, servire* et *determinare* :

. (Z 1 v°) Sicut in natura illud dicitur regere aliud, quod non sinit illud deviare, similiter in arte illa dictio dicitur regere aliam, que non sinit illam

[1] quod N.
[2] homo *ante* albus N.
[3] homo *post* trahit N.
[4] immo N.
[5] adiunctione N.
[6] hoc nomen *om.* N.
[7] determinationem significationis — maiorem constructionis perfectionem *Codd.*
[8] *Om.* N.
[9] casum *add.* N.
[10] obliquum N.
[11] quia *nb.*
[12] quando *nb.*
[13] ab uno *om.* N.
[14] alium N.
[15] casum *add.* N.
[16] transire *post* Socrate N.
[17] casum *add.* N acusativum *nb.*
[18] et *add. nb.*
[19] *Om. nb.*
[20] oblicum casum *om. nb.*
[21] dativum *nb.*
[22] auditor *post* semper *nb.*
[23] secum *ante* trahit N.

poni in alio casu vel genere vel numero. Unde regere est conferre dictioni poni in tali casu in quo stare debet, ut in hac oratione *Sor videt Platonem*. Hoc verbum *videt* confert huic dictioni *Sor* poni in nominativo solum, huic vero quod est *Platonem*, in accusativo solum. Exigere est conferre dictioni ut cum alia ordinetur, non in casuali proprietate, sed determinet illud cum quo ponitur, sicut adverbium exigitur ab ipso verbo, ut *Sor currit velociter*. Hoc verbum *currit* exigit hoc adverbium *velociter;* et hoc quod est *velociter* determinat hoc verbum *currit*. Unde idem est exigere et determinare diversis respectibus, quia quod in verbo est exigere, in adverbio est determinare. Servire est conferre dictioni ut cum alia ordinetur cum qua per se ordinari[1] non poterat, ut *vado ad templum*. In hac constructione hec prepositio *ad* confert huic dictioni *templum* ut cum hoc verbo *vado* ordinetur, cum quo non poterat ordinari absque prepositione.

(R 77 *invenies rectum*) Regere large sumpto vocabulo comprehendit sub se exigere, determinare et deservire.

§ II. — *Regere ex natura, ex vi.*

La métaphore que présentait le terme *regere* avait conduit à considérer le terme gouvernant comme régissant le terme gouverné en vertu d'une certaine puissance, d'une certaine force qui contraint le terme gouverné à être à tel cas plutôt qu'à tel autre. Ainsi on disait qu'un verbe régit l'accusatif *ex vi transitionis*. Déjà Priscien avait dit (XVIII, 10) : « Verbi huius (*possidet*) natura hoc exigente, ut intransitive quidem nominativum, transitive vero accusativum exigat. » Pierre Hélie développe ainsi le sens de cette expression :

(*nb* 148 v°. XVIII, 141) Quid sit unam dictionem regere aliam ex natura dictionis dicamus. Natura ergo dictionis dicitur eius significatio. Significatio vero dictionis aliquando talis est, quod pendet ex re per ablativum significata vel alium aliquem obliqum, ut cum dicitur *dignor te*, id est *iudico te dignum;* sed adhuc pendet significatio; queritur enim qua re dignum. Quo-

[1] ordinare *Cod.*

niam ergo pendet significatio ex re significata per obliquum, exigit ablativum ex natura dictionis, ut *dignor te illa re.* A quo regitur *re?* ab hoc verbo *dignor.* Quare? quia huiusmodi nature est verbum, quod exigit ablativum. Hunc autem exigit ex natura dictionis; quod ex eo patet quod eundem obliquum exigit hoc nomen *dignus*, et etiam adverbium *digne*, ut *dignus est morte* vel *digne ipso recipit ipsum.*

Ailleurs[1] il dit du nom *pater,* qui rappelle par lui-même l'idée de fils : « *Pater* ex vi relativa significat rem ut pendet ex re significata per genitivum. » Les explications des cas se réduisent ainsi à de pures tautologies. Dans *Virgilium vivere bonum est, Virgilium* est gouverné à l'accusatif par *vivere.* Pourquoi? parce que l'infinitif exige l'accusatif *ex vi infinitivi :*

(*nb* 148 v°. XVIII, 148) Si queratur a quo regatur *Virgilium*, cum dico *volo vivere Virgilium*, dico quod ab hoc verbo *volo*... Necesse tamen est dicere quod omne infinitivum ex vi infinitivi exigit accusativum. Aliter enim non possemus respondere his constructionibus *Virgilium vivere bonum est.*

Il distingue d'ailleurs ce qui est de la signification commune du mot, qu'on a appelée la manière de signifier, et ce qui est de sa signification particulière :

(N 89 v°. XI, 3. *Spec.* c. 114) Cum ..... *dignor* exigat accusativum et ablativum, ut *dignor te gloria*, accusativum ex communi natura verbi exigit, ablativum vero ex vi proprie significationis.

Cette distinction se retrouve dans Alexandre, qui dit (ch. VIII) que dans *penitet me vicii,* l'accusatif est régi *transitione,* le génitif *natura;* que dans *Socrates est bonus, Socrates* est régi au nominatif *ex vi persone,* et *bonus, natura verbi,* que dans *doceo pueros gramaticam, pueros* est régi à l'accusatif *per vim transi-*

[1] *nb* 149 v°. Voir ci-dessus, p. 243.

tionis, et *gramaticam*, par la *vis propria verbi*. Plus tard on admettait en principe qu'un cas n'était régi par la signification d'un mot qu'autant que cette signification était générale (R 98), abstraite. Ainsi, dans *salmo trium solidorum*, le génitif n'est pas régi *ex vi pretii*, ni dans *vasa trium modiorum, ex vi mensure;* mais, dans ces deux constructions, il est régi *ex vi demonstrationis essentie* (R 83). On réduisait ainsi les emplois des cas à un petit nombre de catégories ou de figures de construction en vertu desquelles (*ex vi*) le cas était régi. Les exemples où Alexandre admet que le cas est régi par la signification propre du mot étaient ramenés à l'une de ces catégories générales par un artifice d'analyse qu'on empruntait à Priscien. On admettait d'après lui que la chose signifiée par un verbe peut toujours être exprimée par un nom [1]. Ainsi dans *pœnitet me vitii, vitii* est régi par *pœnitentia* qui est la chose signifiée par *pœnitet*. Dans *doceo pueros gramaticam, gramaticam* est construit *ex vi appositionis* avec *doctrinam: doceo pueros doctrinam gramaticam*. La *vis* constituait le *regimen* qui est défini ainsi :

(R 77 *invenies rectum*) Regimen est proprietas sive vis dictionis conferentis dictioni poni in tali casu vel accidente in quo ponitur.

§ III. — Cas absolus.

Par opposition à *regere* on employait le mot *absolutus* pour désigner les cas qui ne sont pas gouvernés par un mot en particulier, *rectore soluti*, comme dit Alexandre, qui ne pouvait faire entrer le mot dans ses hexamètres. Priscien traduit par *absolutus* le grec ἀπόλυτος et l'emploie, comme les grammairiens grecs, pour désigner un mot qui est indépendant d'un autre, par exemple les verbes que nous appelons au-

[1] Priscien, XVIII, 47.

jourd'hui neutres ou intransitifs (XVIII, 34, 135), les pronoms personnels enclitiques des Grecs (XVII, 17, 55), la construction du nominatif et du vocatif avec le verbe, dans laquelle la personne désignée par le nominatif ou le vocatif est la même que celle du verbe, et qui ne réclame pas une autre personne, comme celle des cas obliques (XVII, 18, XVIII, 2). Du temps de Pierre Hélie le mot *absolutus* était appliqué à l'ablatif que nous appelons encore aujourd'hui de ce nom et que Priscien (V, 80, XVIII, 14) dit signifier la *consequentia :*

(*nb* 145 v°. XVIII, 15-16) Non est autem querendum que pars exigat istos ablativos *sole* vel *oriente*, cum dicitur *sole oriente, fit dies.* Absolute enim ponuntur nec ab aliquo ibi reguntur. Eodemque modo de aliis absolute positis dicendum est[1].

Il dit la même chose du génitif *locorum* dans *usquam locorum :*

(N 155. XVII, 45) Queritur a quo regitur hec dictio *locorum.* Ad hoc dicimus quod absolute ponitur ibi, et non in vi casuali, et ideo a nullo regitur, quia determinatio est. Hoc enim est dicere : « *usquam* dicitur quidem in respectu locorum. » Vel aliter. Ab hoc nomine *respectu* regitur[2], quod per equipollentiam ex illa locutione intelligitur.

De même le génitif *mee* dans *domi mee :*

(N 154. XVII, 43) Si..... queratur cuius casus est *mee*, dico quod genitivi. A quo regitur? a nullo, quia non in vi casuali, sed in vi adverbiali ponitur[3].

[1] On lit dans (N 172) : « Si vero queratur a quo regitur *sole* vel *ascendente*, dico quod absoluti sunt. Nec ideo induxi de hiis ut regerentur ab aliqua dictione, sed ut ostenderem quod, ubi Greci ponunt genitivum, ibi nos ponimus ablativum. »

[2] legitur *Cod.* — *Ce passage manque dans nb ainsi que le suivant.*

[3] Il dit encore, à propos de *vivit asinum* pour *vivit asinine* (*nb* 148 v°. XVIII, 137) : « Posset tamen dici quod ille accusativus a nullo regitur. » On lit cependant (*nb*

Du temps d'Alexandre on admettait un nominatif, un génitif, un accusatif et un ablatif absolus. En général tout cas oblique que Priscien dit être employé adverbialement est considéré comme *cas absolu.* Gosvin de Marbais :

(Y 77) Dicitur absolutum a privatione constructionis que debetur dictioni ratione obliquitatis.

§ IV. — Définition des cas.

Pierre Hélie définit ainsi les cas :

(N 49 v°. V, 68. *Spec.* c. 58) Casus est proprietas dictionis cadendi in aliud vel ab alio propter diversum modum loquendi de eadem re... Cadere autem in aliud est facere ex se aliam vocem, que sit idem nomen cum ipso et idem significet principaliter, ita tamen quod voces ille non eiusdem sint casus... Causa vero diversorum inventionis casuum in eodem nomine est loquendi diversitas. Contingit enim quod de una et eadem re diversis modis fit sermo. Aliquando enim loquimur de re ut ipsa est vel agit vel patitur, ut *Socrates legit;* aliquando ut eius aliquid esse dicitur, ut *istud est Socratis;* aliquando ut aliquid designatur ipsi conferri, ut *do Socrati;* aliquando ut agitur in ipsam, ut *accuso Socratem;* aliquando loquimur de re ut ad ipsam fit sermo, ut *o Socrates;* aliquando ut aliquid designatur recedere ab ipsa re, ut *recedo a Socrate.* Sex ergo sunt diversitates loquendi de una et eadem re. Itaque sex casus inventi sunt, nec plures necesse fuit invenire.

(N 115. XIV. *Spec.* c. 144) Obliquus casus per se positus significat rem vel ut ei vel ut eam vel ut ab ea.

Voici comment les cas étaient définis dans les traités *De Modis significandi :*

(X 12) Casus est quidam modus significandi datus nomini ad designan-

149) : « Quod autem accusativus absolute ponatur, hoc nusquam inveni. » Je n'ai pas retrouvé dans le commentaire de Pierre Hélie la citation qu'en fait Siger de Brabant (W 7). Voir plus bas à l'ablatif absolu.

dum rem sub modo essendi ut quod est alterum, vel ut cuius est alterum, vel ut cui acquiritur alterum, vel ut ad quod terminatur alterum, vel sub ratione termini excitationis [1], vel sub modo essendi ut a quo fit alterum. Et hoc est quod potest dici brevius, quod casus est quidam modus significandi designans rem sub ratione principii vel termini. . . Ex istis omnibus statim apparet quod non possunt esse plures casus, quam sex predicti, quia in rebus non possunt esse plures modi essendi a quibus alii casus possint accipi.

(X 13) Secundum opinionem antiquorum gramaticorum duplex est casus, scilicet rei et vocis, quod tamen stare non potest cum veritate. Nam ipse casus, ut est gramatice considerationis, non est ipsius rei, sed est quedam ratio consignificandi existens in voce tanquam eius proprietas vel passio manens in ea, ut est in subiecto, licet in re vel eius proprietate sit tanquam in fundamento, et in intellectu tanquam in agente, sicut est in omnibus aliis modis significandi.

(X 13) Casus communiter solet dici a gramaticis dispositio substantie in comparatione ad actum. Sed istud dictum tribus modis potest intelligi. Primo enim potest intelligi quod casus est dispositio substantie in comparatione ad actum, quia solum inest dictioni per modum substantie significanti. Sed hoc est falsum, cum in verbo et in participio possimus [2] reperire huiusmodi casum, et tamen non significet per modum substantie, sed per modum actus vel fieri. . . Secundo modo potest intelligi quod casus est dispositio substantie in comparatione ad actum, quia casus dictioni vel parti debetur significanti per modum substantie, ut nomini vel pronomini, per constructionem et relationem eius cum ipso actu verbi vel participii. Quod similiter falsum est. Dato enim quod nomen vel pronomen cum ipso verbo vel participio nunquam construatur, adhuc casus eidem debebitur. Unde comparatio substantie ad actum debetur nomini per casum saltem instrumentaliter, et non e converso. Tertio potest intelligi quod casus est dispositio substantie in comparatione ad actum, pro tanto quod proprietas a qua accipitur casus, per prius debetur rebus de genere substantie, quam rebus de genere accidentis, sicut actionis vel passionis. Et hoc est bene verum. Unde isto modo verus est intellectus propositionis predicte.

[1] Voir ci-après, p. 272. — [2] possumus *Codd.*

Je vais traiter de l'emploi des cas d'après Alexandre de Ville-Dieu (Doctrinal, ch. VIII) et la glose *Admirantes*. C'est ce que j'ai rencontré de plus complet sur ce sujet.

§ V. — Nominatif.

(X 12 v°) Nominativus est quidam modus significandi datus nomini ad designandum rem ut quod est alterum... Quod clare videre potes dicendo *Sor currit*. Nam *Sor* significatur tanquam id quod est huius cursus activum.

(Y 84) Comparatur actus ad substantiam... quantum ad id in quo est actus, et tunc est nominativus[1].

La glose *Admirantes* rapporte les constructions du nominatif à sept principales :

(R 77 *aut quod preposuit*) (Rectus aut exigitur) proprie aut per figuram. Si primo modo, aut a parte ante, aut a parte post. Si a parte ante, sic est ex vi persone, ut *Guillermus legit*... Si a parte post, sic exigitur ex vi copule, ut *Guillermus est clericus*... Si rectus exigitur vel regitur per figuram, hoc est quinque modis secundum quinque figuras constructionis... Prima figura constructionis fit ex vi appositionis,... secunda, ex vi evocationis, tertia, ex vi conceptionis, quarta, ex vi prolempsis, quinta et ultima, ex vi zeumatis... Et sic in universo habemus septem regulas de constructione rectorum.

(II*a* 42 v°) Qui gouverne le nominatif? la première persone du verbe qui emprès vient, ou la seconde, ou la tierce par force de persone. En quantes manières est le nominatif gouverné? en II. Queles? devant le verbe et emprès : devant le verbe, de force de personne; emprès le verbe, par force de couple. Les quiex verbes gouvernent emprès euls par force de couple? les verbes vocatis et les sustantis et ceus qui ont leur force.

Ex vi persone. — Priscien avait dit (XVII, 14) : « Inest intellectu nominativus in ipsis verbis, quo sine substantia significari non poterat, in prima quidem persona et secunda defini-

[1] Duns Scot (*Opp.* I, 54) : « Nominativus casus est modus significandi in ratione principii, illa proprietate ut quod est alterum superaddita. »

tus, in tertia vero, quia innumerabiles sunt personæ tertiæ, infinitus. » On en concluait que le verbe régit le nominatif sujet *ex vi persone :*

(Y 79 v°) Queritur cum in verbo sint multa accidentia, scilicet motus, tempus et cetera, quare verbum potius regit nomen a parte ante ex vi persone, quam alterius accidentis... Verbum ratione rei significate et ratione modi significandi ad substantiam comparatur indefinite. Sed ratione persone comparatur definite ad substantiam in ratione suppositi se habentem. Et quia persona est ultimum et formale principium in ista comparatione, et omnis denominatio fit a forma, ideo dicitur verbum regere nomen ex vi persone.

(R 70 *ex vi persone*) Si ex vi persone fiat talis constructio, cum eadem persona sit utrobique, indifferenter dicetur secundum utrumque numerum *homo currit* et *homines currit*... Ad hoc dicendum est quod talis constructio non causatur ex conformitate unius istorum accidentium, sed ex conformitate istorum trium accidentium, que sunt persona, numerus et rectitudo. Est autem[1] ratio, quoniam eadem notatur substantia in nominativo supponente et in persona ipsius verbi. Est igitur idemptitas substantie. Sed ad idemptitatem substantie debet sequi idemptitas accidentium, que sunt a parte substantie... Posita persona, que immediate causatur a substantia, satis ponitur numerus et rectitudo, que relata sunt ad substantiam, mediante persona, [sive][2] sunt accidentia consequentia personam.

Ex vi copule. — Priscien enseignait que le verbe substantif et les verbes qui signifient *être appelé* (*vocativa*) se construisent avec le nominatif d'un nom d'une autre personne que la leur, comme *homo sum, Apollonius vocor* (XVII, 77-79). Au XIIe siècle le verbe substantif fut considéré comme copule, et le nominatif, qu'Apollonius et Priscien ne savaient pas définir, fut considéré comme un attribut. Pierre Hélie ne pensait pas que d'autres verbes pussent se construire ainsi. Il dit :

(*nb* 150) Queritur autem, cum dico *ego sedeo iudex*, a quo regatur

[1] est *Cod.* — [2] *Om. Cod.*

iudex, quia *sedeo* nec substantivum nec vocativum verbum est. Dico quod intelligitur ibi participium substantivi verbi, scilicet *sedeo ens iudex*.

(*nb* 150) Cum dico *fio bonus*, queritur a quo regatur bonus. Non enim nisi substantivum vel vocativum verbum iungit sibi in prima et in secunda persona nominativum casum nominis. Patet tamen quoniam *fio* exigit illum nominativum, et hoc ex vi substantivi verbi. Verbum enim hoc aliquid in se habet substantivi verbi. Quid enim est *fio bonus*, nisi *incipio esse bonus*, ubi iam ponitur substantivum?

On discutait sur le cas de l'attribut construit avec ces verbes. On lit dans un ouvrage du XIIe siècle :

(P 50 v°) In Ysaia[1] legimus *et vocabunt eos, populus sanctus, redempti a Domino*. Quod ignari gramatice emendare volunt *et vocabunt eos populum sanctum, redemptum a Domino*. Nesciunt enim quod substantiva verba atque vocativa et eorum participia exigunt nominativum casum ex sua natura, ut verbi gratia si dicam : *Video hominem volentem esse vel fieri monachus; video virum vocatum Stephanus*. Huiusmodi constructiones apud Iheronimum invenies, qui in prologo super Iohannem de ipso Iohanne loquens sic ait : « Solus Verbum caro factum esse nec lumen a tenebris comprehensum fuisse testatur, » ubi indocti emendant *Verbum carnem factum esse*. Et in quodam hymno habetur : « Atque ventre virginali caro factus prodiit. » Miror emendatorum nostrorum audaciam, qui peritiam suam ostendere volentes imperitos se esse ostendunt. Si enim periti essent vel recte saperent, timerent potius, quam ex suo sensu aliquid mutarent in Scripturis, nec libros corrumperent. Procul dubio talis presumptio non leve peccatum est, in sacris Libris aliquid ex suo sensu addere vel demere vel mutare.

Pierre Hélie est moins affirmatif sur cette question :

(*nb* 150) Queritur autem utrum dicatur *misereor hominis volentis esse episcopus* vel *episcopi* vel *esse episcopum*. Et nullam harum constructionum vitupero. Possumus dicere *misereor hominis volentis esse episcopus*, quoniam *esse*, quod est substantivum, ex vi copulativa exigit nominativum casum. Similiter

[1] LXII, 12.

dicam *misereor hominis volentis esse episcopum*, et hec quoque constructio suam habet rationem. Omne enim infinitivum ex vi infinitivi exigit accusativum. Similiter et hec constructio congrua est *misereor hominis volentis esse episcopi*, ut sint consimiles casus, quia hoc probatur autoritate veterum. Unde Horatius[1] *mediocribus esse poetis*. Et habet aliquam rationem huiusmodi constructio, quia sic intelligenda est *misereor hominis episcopi* non dico *existentis*, sed *volentis esse*. Et ibi *episcopi* regitur ab hoc verbo *misereor*. Queritur autem utrum similiter possit dici *volo te esse episcopus*, ut *esse* ex vi copulativa exigat ibi nominativum. Ad quod dicimus quod non potest ibi poni nominativus, eo quod non est participium, per quod possit postea in verbum fieri resolutio, sicut cum dico *volentis esse episcopus;* propter participium potest resolvi in verbum, id est *qui vult esse episcopus*.

Au XIIIe siècle, on disait *apponere* de l'attribut construit avec le verbe substantif ou vocatif, comme on disait *supponere* du sujet; on étendait cette construction à d'autres verbes que les substantifs et les vocatifs; le cas de l'*appositum* doit être le même que celui du *suppositum*, et il est régi par la signification du verbe. Alexandre (ch. VIII) :

Vult intransitio rectum supponere verbo;
De personali tamen hoc intellige dici.
Sepe vocans verbum sibi vult apponere rectum,
Et substantivum, vel quod vim servat eorum.
Horum consimiles debet coniungere casus
Copula, personam dum pertineant ad eandem;
Ex vi persone rectum regit initialem;
Rectum qui sequitur, verbi natura gubernat.

La glose *Admirantes* explique *vim* par *virtutem copulandi*, et *copula*, qui se construit avec *horum*, par *virtus copule ante et post*. Elle donne comme exemples des verbes qui ont cette valeur *incedo*, *ordinor* :

(R 70 *vel quod vim*) Aut sit active vocis, ut *incedo superbus;* sensus est

[1] *De Art. poet.* 372.

incedendo appareo vel *videor esse superbus.* Aut sit passive vocis, ut *ordinor presbiter;* sensus est *ordinando fio presbiter.*

Consimiles casus doit s'entendre non-seulement du nominatif mais des autres cas :

(R 70 *horum consimiles*) Non solum verba huiusmodi cum nominativis a parte post construuntur, immo a parte ante eundem casum sibi copulant qui precessit, ut patet per exemplum *venit Guillermus dignus vocari magister, hoc est Guillermi digni vocari magistri, date Guillermo digno vocari magistro.* Per alios casus obliquos similiter est dicendum.

Voici comment on justifiait la construction de l'*appositum,* au moins pour les verbes substantifs et vocatifs :

(Y 79) Et nota quod ratio copule in verbis substantivis et vocativis est ista natura per quam exigunt identitatem in extremis a parte rei et significationis. . . Verbum substantivum significat essentiam communem potentem specificari per quamlibet qualitatem tam propriam, quam communem, ut *ego sum homo, ego sum Sor.* Sed verbum vocativum significat vocationem generalem potentem specificari solummodo per propriam qualitatem, ut *ego vocor Sor.* Inconvenienter [enim][1] diceretur *ego vocor homo.*

Ex vi appositionis. — Priscien, traduisant le grec παράθεσις, employait le mot *appositio* pour désigner la construction de la préposition avec un cas par opposition à *compositio* (σύνθεσις) (XIV, 1 et passim), et l'adjectif *appositivum,* pour qualifier un pronom de la troisième personne, particulièrement *ipse,* construit avec un pronom de la première ou de la seconde personne, comme *ego ipse, tu ipse, ille ego, tune ille Æneas* (XVII, 144, 145). C'est peut-être ce dernier passage qui a donné l'idée d'appeler *appositio* la construction d'un substantif comme qualificatif d'un autre substantif. Priscien ne connaît pas cette

[1] *Om. Cod.*

construction; car dans *filius Pelei Achilles* il sous-entend *ens*, ou *qui est*, ou *qui fuit* Pelei filius (XVIII, 6). A la fin du XIIe siècle on entendait par *appositio* la figure par laquelle un substantif qui signifie l'individu ou l'espèce qualifie celui qui signifie l'espèce ou le genre. Alexandre[1] :

Apponens duplices substantivos sibi iunges
In casu simili, poteritque genus variari.
Tunc illos ad rem spectare decebit eandem;
At plus communis precedere debet in istis,
Sicut *homo Sortes*, *animal capra*, consimilesque.

Voici ce que les glossateurs disent à ce propos :

(R 71 *apponens*) Appositio est minus specificativi sive minus communis ad magis commune specificativa adiunctio. Dictum quod appositiva constructio fit, mediante figura. Sed contra. Videtur quod nulla sit improprietas in appositiva constructione. Magis enim communicant adinvicem ea que communicant in modo significandi et significatione, quam illa que communicant solum in significato et non in modo significandi. Sed adiectivum et substantivum communicant solum in significato et non in modo significandi.

On en conclut que, si l'adjectif s'accorde avec le substantif sans figure, à plus forte raison le substantif avec un autre substantif. On répondait ainsi à cette objection:

(*Ibid.*) In appositiva ... constructione illud cui alterum apponitur debet esse ut per se stans, et illud quod ei apponitur, debet esse in ratione adiacentie et dependentie; ad ipsum enim apponitur. Quia ergo, cum dicitur *animal homo*, istud nomen *homo*, quod apponitur, non se habet in ratione dependentie ad hoc quod est *animal*, propterea, quantum ad hoc, est ibi impro-

[1] Les vers grammaticaux que je cite dans les sections du régime et de la construction sont tirés du Doctrinal d'Alexandre, ch. VIII et IX.

prietas... In hac constructione *animal homo* de proprietate [est][1] quod illud cui fit appositio, significat rem in ratione per se stantis; de improprietate est quod illud quod ei additur, cum deberet rem significare ut alteri subiacentem, eam significat [ut][2] per se stantem...Causa quare potest fieri est identitas substantie sive suppositi inter appositum et illud cui apponitur. Causa quare oportet fieri est maior et plenior expressio intellectus.

On repoussait ainsi l'argument énoncé plus haut :

(R 71 *apponens*) *Homo* et *animal* communicant in significato et in modo significandi, secundum quod pars a parte distinguitur, non tamen communicant in modo significandi per quem fit talis constructio.

On demandait (*ibid.*) si *animal homo* n'était pas une tautologie (utrum nugatorie dicatur), « cum in homine intelligatur animal. » On répondait :

Multe sunt passiones que congruunt homini, et non in quantum homo, sed in quantum animal.

On distinguait différentes espèces d'appositions :

(*Ibid.*) Talis appositio fit per specificationem. Aut igitur specificatio fiet proprietatis, aut substantie. Si proprietatis sit, fit per pronomen, et significativa dicitur, ut cum dicitur *ego ipse lego*. Si sit substantie, aut mediata aut immediata. Si mediata, hoc erit mediante casuali, ut *Marchus Tullius currit*, aut non casuali, ut *Marchus currit, Marchus dico Tullius*. Si fiat specificatio immediata, aut idem specificatur per se ipsum, idem dico in re, sed differens in nomine; aut generale per[3] speciale. Si idem per se, aut ante verbum, ut *Marchus Tullius currit*, aut post verbum, ut *video Marchum Tullium*. Si generale per speciale, vel a parte ante, vel a parte post. Si a parte ante, hoc est dupliciter, vel in idemptitate accidentium, vel in diversitate. Si in idemptitate, sic habemus exemplum *corpus animal movetur, coloratum album venit*. Si in diversitate accidentium, aut unius aut plurium. Si unius, sic est

[1] *Om. Cod.*

[2] *Om. Cod.* eam .... ut — dicit rem *ra*.

[3] aut *Codd.*

diversitas in genere, ut *animal homo currit.* Si plurium, sic habemus exemplum *animalia homo currunt.* Si a parte post, aut in idemptitate accidentium, aut in diversitate. Si primo modo, ut hic *video corpus animal.* Si secundo modo, aut in diversitate unius accidentis, vel plurium. Si primo, ut *video animal hominem.* Si secundo, ut *quanta est gula que sibi totos ponit apros, animal propter convivia natum*[1].

Ex vi evocationis. — On posait en principe d'après Priscien (XVIII, 4) que tout nom est de la troisième personne. Mais, par une figure qu'on appelait *evocatio,* et dont le nom avait été suggéré par une expression de Priscien (XVII, 79), les quatre pronoms *ego, nos, tu, vos,* donnaient au nominatif construit avec eux la valeur de la première ou de la seconde personne (Alexandre, ch. VIII).

(R 72 *terne persone*) Est. . . . . evocatio extractio dictionis a propria personalitate ad impropriam . . . . . VIDETUR[2] quod non debet fieri evocatio. Fit enim evocatio, quando una persona trahitur in naturam persone sibi opposite. Sed unum oppositum non videtur suscipere naturam sui oppositi. AD HOC DICENDUM est quod aliqua persona cuius ratio non est opposita aliis personis, sicut est persona confusa, que quodam modo habet confuse naturam omnium personarum, ... per evocationem potest trahi ad naturam [personarum finitarum][3], ut sua infinitas per ipsas finitetur... Cum prima persona possit tertiam evocare, quare non possit similiter secundam evocare HOC HABET QUESTIONEM. ITEM prima et secunda tertiam evocant; tertia autem non potest primam aut secundam evocare. Quare sit hoc habet questionem. AD ULTIMUM DICENDUM est quod prima persona est que de se loquitur[4], secunda ad quam sermo dirigitur a prima. Ergo prima non existente, secunda non erit. Tertia vero est de qua fit sermo inter primam et secundam. Ergo non existentibus prima et secunda persona, non erit tertia. Prima ergo dat esse secunde, prima et secunda dant esse tertie, et non e converso. Prima ergo est unica, secunda unica; sed plures sunt tertie.

[1] Juvénal, *Sat.* I, 140.

[2] *Tout le développement qui suit manque dans ra.*

[3] personarum finitarum *Om. Cod.*

[4] de se loquitur—de loquitur loquitur *Cod.*

Ergo cum sit reducere multitudinem ad unitatem, ut expresse dicitur in libro Fontis vite et in libro de Invisibilibus Dei, erit reducere tertiam personam ad primam et secundam, et non e converso. Rursus prima et secunda sunt causa tertie, et tertia est effectus [1] earum. Cum ergo agens inducat [2] formam in patientem et efficiens in illud quod a se [3] efficitur, relinquitur ex hoc causa quare prima et secunda persona evocant tertiam, et non e converso. Vel aliter et breviter potest dici. Evocatio est vel fit, ut infinita persona et confusa trahatur ad finitatem. Tertia est infinitata et confusa respectu prime et secunde persone, et non e converso. Et ideo prima et secunda persona trahunt ipsam, scilicet tertiam personam, ad sui naturam, et non e converso. Item ad primum dicendum est quod evocans et evocatum debent esse idem in substantia et diversa in persona. Cum ergo prima persona sit illa que de se [4] loquitur, secunda, ad quam sermo dirigitur a prima persona, ergo comparatur ad secundam, ut agens ad patiens. Cum ergo agens et patiens sint secundum substantiam diversa, non potest prima persona secundam evocare. Non tamen sic est de tertia, quia prima et secunda non comparantur ad tertiam. Et ideo prima persona potest evocare tertiam, et secundam non.

On recherchait pourquoi l'*evocatio* ne s'appliquait pas aux autres accidents. Elle ne s'applique pas au nombre, parce que le singulier et le pluriel n'appartiennent pas à la même substance, ni au genre pour la même raison, etc.

On rapportait, d'après Priscien (XVII, 155 et suiv.), à la syllepse ou *conceptio*, à la prolepse et au zeugma, tout ce qui concerne la construction d'un sujet composé avec le verbe ou même avec l'adjectif.

Ex vi conceptionis. — La *conceptio* comprend tout ce qui est relatif à la personne et au nombre du verbe, au genre et au nombre de l'adjectif, quand ils sont construits avec plusieurs sujets coordonnés qui ne sont pas de même personne, de même genre ou de même nombre :

Personas, genera, numeros conceptio iungit.

[1] efficiens *Cod.*
[2] indicat *Cod.*
[3] quod a se — a quo *Cod.*
[4] que de se — de qua *Cod.*

(R 72 *personas genera*) Est..... conceptio diversarum personarum associatio ad eandem actionem et passionem recipiendam, et fit in personis, generibus et numeris.

Quand les sujets ne sont pas de la même personne, il n'y a *conceptio* que s'ils ont entre eux une conjonction copulative; si la conjonction précède chacun des sujets comme dans *et Sor et Plato currit,* il n'y a pas *conceptio.* La personne qui *conçoit* ou comprend les autres devient celle du verbe. La première personne comprend les deux autres, la seconde la troisième, mais non *vice versa*[1]. Quand les sujets sont à la troisième personne, le premier comprend les autres. Il peut y avoir *conceptio* quand les deux personnes sont unies par *cum,* comme dans *ego cum Petro gaudemus;* jamais, quand elles sont unies par *vel.* Quand l'un des noms est au vocatif et que l'autre n'y est pas, il n'y a pas *conceptio* par le vocatif, mais par deux nominatifs[2]; dans *tu, Petre, tuique rogate,* la *conceptio* a lieu par *tu* et *tui,* qui sont deux nominatifs; dans *cum tuis sociis, orate, sacer Dyonisi,* il faut construire *sacer Dyonisi, tu cum tuis sociis,* etc. (Alexandre, ch. VIII.)

(R 73 *personas genera*) ..... Prima persona se habet sicut agens ad patiens. Agens autem et patiens differunt secundum substantiam, ut vult Aristoteles[3]. Quia ergo conceptio fit secundum diversas substantias sub diversitate accidentium, ideo prima persona potest concipere secundam, non tamen evocare... Prima et secunda persona possunt concipere tertiam, quia prima et secunda et tertia persona sunt diverse inter se. Coniunctio autem copulativa incidens diversitatem dicit quoad substantiam; et quia solum hoc exigit conceptio, ideo prima et secunda possunt concipere tertiam... Causa... quare potest fieri est convenientia persone concipientis cum persona verbi et pluralitas resultans ex concipiente et concepto sociatis respectu pluralitatis verbi. Vel aliter. Ratio quare potest fieri improprietas,

[1] Cf. Priscien, XVII, 141.
[2] Cf. Priscien, XVII, 195.
[3] *De Gen. et corr.* I, 7. 323 b 32.

est quod nobilius accidens ad se potest trahere minus nobile, ut reducat ipsum ad constructionem cum aliquo tertio cum quo ipsum habet propriam ordinationem. Causa quare oportet fieri duplex est : una est brevitas loquendi, quia brevius dicitur et magis expedite *ego et Petrus legimus*, quam si diceretur *ego lego et Petrus legit*. . . . . Expressio sententie est alia causa, quia, si diceretur . . . *ego lego et Petrus legit*, per hoc significaretur actus attribui uni persone per prius et alteri per posterius. Sed quandoque ita est quod actum contingit inesse eque diversis substantiis, propterea oportet quod illud, sicut est, significetur. Sed significari non potest, nisi per talem coniunctionem . . . Per unitatem copule ducentis illas duas substantias ad actum eque significatur actus inesse illis duabus substantiis..... Conceptio personarum aut est implicita (*comme dans « tu mecum, »* a parte concipientis, *et dans « ego cum Petro, »* a parte concepti) aut explicita (*comme dans « ego tuque, » « ego fraterque »*) . . .

(R 74 *sed non per quintum*) Primo queritur utrum vocativus possit concipere. Secundo, si sit ibi conceptio, *sacer Dyonisi* et cetera. Tertio quid melius dicitur *sacer Dyonisi cum sociis tuis, ora* vel *orate*. Dicit glosator[1] quod sit ibi conceptio implicita[2], *cumque tuis sociis orate* et cetera, facta per vocativum. Sed contra . . . Concipiens debet conceptum trahere ad constructionem cum verbo. Sed vocativus non potest hoc facere, quia vocativus non significat rem suam in ratione veri suppositi; nam per se verbo non supponit. Ergo per vocativum non fit conceptio, ut videtur, et hoc concedo. Ad quod dicit glosator quod conceptio fit per vocativum implicita, dico quod non, quia quemadmodum in conceptione implicita est improprietas, et ita, si explicetur, debet esse improprietas, ut *ego cum Petro currimus, ego et Petrus currimus*. Nec est simile de exemplo quod ponit glosator de prolempsi ad locutionem istam, quia, cum dico *aquile volaverunt hec illa*[3], dividentia habent respectum ad suum totum, scilicet *aquile*, tanquam partes. In hac constructione non est talis respectus; et sic patet quod non est ibi conceptio, si dicam *Petre cum Roberto, currite*, cum a parte vocativi nulla sit improprietas, si explicetur, ut *Petre et Roberte, legite;* nulla est ibi

[1] C'est l'auteur de la glose *Admirantes*, réfuté par le grammairien que je cite ici; cette réfutation n'est pas dans *ra*.

[2] implicite *Cod.*

[3] Priscien (XVII, 28) : « Aquilæ devolaverunt, hæc ab oriente, illa ab occidente. »

repugnantia cum verbo in accidentibus . . . Ad secundum dico quod a parte vocativi nunquam fit conceptio ibi, *sacer Dyonisi* et cetera. Si sit ibi conceptio, erit gratia nominativi, scilicet *tu*, dicendo sic : *sacer Dyonisi, tu cum tuis sociis* et cetera. Ad tertium dico quod secundum diversas ecclesias diversimode dicitur vel *ora* vel *orate*, et dico [quod, cum dicitur][1] *sancte Dyonisi, cum sociis tuis, ora*, hec est [tam][2] congrua, quam si dicatur *orate* . . . Cum dicitur..... *ora*, tunc verbum concordat cum suo supposito . . . , et li *cum* tenetur ibi associative, ... ut actus orandi insit Dyonisio per prius et sociis suis per posterius. Sed cum dico *orate*, suppositum sic non concordat cum verbo . . . Magis est expressiva sententie, quia sic notatur quod actus orandi non insit uni per prius nec alteri per posterius.

Quelques grammairiens soutenaient, contrairement à l'opinion exprimée par Alexandre, qu'il n'y a pas *conceptio*, quand tous les sujets sont de la troisième personne :

(R 75 *inter personas*) Dupliciter potest fieri conceptio. Uno modo est conceptio, quasi concatenatio[3], id est duorum alligatio mediante copula, ut si dicatur *dominus et servus currunt;* et hoc modo potest ibi esse conceptio, sed tunc non erit ibi figura constructionis. Alio modo dicitur conceptio diversarum personarum associatio, que inter se diverse sunt[4] in ratione personalitatis, sicut prima et secunda vel una illarum et tertia. Sed hoc non est reperire inter tertias personas. Cuius ratio est quod, si conceptio sit inter tertias personas, hoc est ratione dignitatis et magis finite; sed inter tertias personas neutra est dignior vel prior vel finitior est altera, cum utraque sit infinita; ergo et cetera. Item sicut in re est quod concipiens magis apparet, quam conceptum, sic est in arte. Sed in tertiis personis nulla magis apparet altera. Ergo et cetera. Item cum [conceptio][5] sit figura constructionis, in conceptione [est][6] improprietas a parte principiorum construendi. Sed cum dicitur *magister et discipulus legunt*, nulla est improprietas in constructione. Ergo neque figura constructionis erit nec conceptio[7].

[1] *Om. Cod.*
[2] *Om. Cod.*
[3] conceptio *Cod.*
[4] et in mero et *add. Cod.*
[5] *Om. Cod.*
[6] *Om. Cod.*
[7] L'expression de cette opinion a été introduite dans le Doctrinal. (Voir ci-dessus, p. 31.)

On disait en faveur de l'opinion opposée :

(R 75 *pluribus est tanquam*) Que prius ponitur dignior est; et illa persona[1] inter tertias personas posita primo concipit secundo positam.

On invoquait aussi (E E 115 v°) l'autorité de Priscien (XII, 14) et celle de Pierre Hélie, qui dit :

(N 102 v°. XII, 14) Tertia ..... aliam solummodo tertiam concipere potest, ut *illi legunt*, id est *ille et ille*.

Quand un adjectif se rapporte à des substantifs de genres différents, le masculin comprend (*recipit*) le féminin et le neutre, mais non réciproquement, et le féminin comprend le neutre[2] (Alexandre).

On se demandait pourquoi Alexandre avait traité ici de cette figure :

(R 75 *ut personarum*) Cum hic agat actor de regimine solum figurativo, ut videtur, debet agere de perturbantibus proprietatem regiminis. Sed hec figura que dicitur conceptio generum, proprietatem regiminis[3], ut probatur, non perturbat. Ergo de illa non debet hic agere..... Ad quod dicendum est quod..... postquam vidit se tractavisse de conceptione personarum, que principalis est, de conceptione volens plenarie pertractare, gratia persone conceptionis hic agit de ista. Necnon et aliter potest dici quia actor considerans quod conceptio generum fit ex comparatione adiectivi ad substantivum sub diversitate generum, et quia horum constructio et resolutio vel relatio fit ad verbum secundario, ratione huius secundarie constructionis et relationis vel resolutionis ad verbum de conceptione generum hic tractavit.

On reconnaissait aussi une *conceptio generum implicita* comme dans *virgo cum virgine iuncti sunt grati domino, pronus uterque*

[1] positio *Cod.*

[2] Il cite l'exemple suivant tiré de Priscien (XVII, 158. Lucain, *Pharsale*, I, 176) : « Per vim sunt leges et plebiscita coacte. »

[3] *Om. Cod.* constructionis *ra.*

iacet (en parlant de Pâris et d'Hélène), et une *conceptio explicita*, comme dans *hic uxorque thoro sunt iuncti, bos et iumentum sunt ad presepe ligati.*

(R 75 *ut personarum*) Si queratur quare mas concipit femininum et neutrum, et non e converso, ... potest dici quod sicut in commixtione rerum nobilius facit denominationem totius et trahit alterum ad se sive concipit, sic est in generibus, cum nobilius trahit ad se minus nobile. Sed mas et femineum nobiliora sunt neutro, quia ista duo genera solum novit ratio nature, et per eorum abnegationem[1] dicitur neutrum. Item mas dignius est femineo, sicut virtus agentis nobilior est virtute patientis. Et quia sic est in natura, propter hoc sic debet esse in arte, et non e converso, cum ars imitetur naturam, ut dicit Aristoteles in secundo Phisicorum[2]. Causa autem quare potest fieri hec figura, est hec, quod primum substantivum iunctum ad relicum ducit illud ad adiectivum suscipiendum per conformitatem generis inter primum substantivum et adiectivum. Vel sic, sicut dictum est in conceptione personarum. Causa quare oportuit fieri hanc figuram, duplex est, scilicet brevitas et expressio sententie. Brevius enim dicitur *Petrus et Helena sunt albi*, quam si diceretur *Petrus est albus et Helena est alba*. Item expressio sententie est in causa, quia contingit idem accidens participari eque a pluribus, et oportet quod significetur. Sed hoc vere et stricte significari non potest, nisi per hanc figuram.

Quant à la *conceptio numerorum*, Alexandre n'en parle pas en détail :

(R 75 *ut personarum*) De conceptione numerorum hic specialiter non tractavit, quia illa conceptio per se patet, presertim cum non fiat nisi uno modo, ita quod plurale concipit singulare.

(R 73 *per cum*) Conceptio numerorum est quotiens numerus numero adiungitur sub dictione eiusdem numeri, ut concipiens numerus sit proprie cui redditur[3] illa dictio similis numeri, conceptus vero reliqus.

[1] ambiguitatem *Cod. Tout ce passage est omis dans ra. J'ai suivi la leçon de Robert Kilwardby* (V 31).

[2] *Phys. Ausc.* II, 8. 199 a 16.

[3] redditur . . . numeri — additur conceptio *Cod. Cette glose manque dans ra. J'ai suivi la leçon de Robert Kilwardby* (V 31) *d'où elle est tirée.*

On rencontre dans Pierre Hélie le principe que deux singuliers valent un pluriel :

(*nb* 131 v°. XVII, 28) *Aquile volaverunt, hec ab oriente, illa ab occidente...* Queritur autem qua ratione ibi plurale verbum exigat nominativum singularem. Non enim est figura, nisi aliquam habeat rationem. Ideo dico quod hac ratione ibi plurale verbum ponitur cum singulari, quia dividentia duo singularia sunt. Duo autem singularia valent unum plurale, quia qui loquitur de duobus singularibus de pluribus loquitur. Ideoque ante duo singularia ponitur verbum plurale.

Alexandre mentionne dans son XIIe chapitre une figure qui se rattache à ces constructions :

Dicitur esse lepos sermo directus ad unum
Utens plurali, velut hic : *nostis, bone presul.*

(R 182 *dicitur esse*) Lepos autem interpretatur urbanitas sive curialitas loquendi. Unde lepidos curiales vocamus. Sed de hoc dubitatur. Videtur enim quod in talibus sermonibus sit soloecismus. Dicit enim Donatus[1] quod si demonstrando virum dicimus *hanc*, aut demonstrando mulierem dicimus *hunc*, fit soloecismus, aut interroganti quo pergamus, respondeamus *Rome*, aut unum salutantes *salvete* dicamus, cum utique precedens demonstratio, interrogatio vel salutatio, vim contexte orationis optineat. Ergo aperte patet quod ibi est soloecismus, et sic in nostris cotidianis locutionibus facimus soloecismum. Sed soloecismus est vicium inexcusabile. Ergo in talibus sermonibus erit vicium inexcusabile, non ergo figura. Item cum actus numeretur tripliciter, a numero subiecti speciei et temporis, ad multiplicationem subiecti sequitur multiplicatio actus, et ad unitatem subiecti sequitur unitas sive singularitas actus. Sed unum salutando loquimur ad substantiam singularem. Ergo hec designabitur per singulare, non ergo per plurale. Queritur ergo, cum tali modo loquendi frequentius utamur et etiam apud peritos huiusmodi sermo usitatus sit, quid sit ibi improprietatis et que causa excusandi, cum sermo sit permissus. Ad hoc dicendum est quod loquendo

[1] p. 1768 P.

et salutando unum si *salvete* dicamus, nisi causa rationabili mediante, fit soloecismus, et hoc intelligit Donatus. Si vero cum causa dicatur, erit sermo figurativus. Ad aliud dicendum quod unum salutando *salvete* dicentes non dicimus ibi pluraliter ratione subiecti, quod est singulare et non multiplicatum, sed demonstrando quod aliquid existens unum est quodammodo multiplicatum per imperium et potestatem et huiusmodi plures dignitates, propter quorum multitudinem potest verbum multiplicari. Et sic patet solutio ad obiecta et quid sit improprietatis et que causa quare potest fieri. Causa quare oportuit fieri, est curialis modus loquendi, vel ornatus, vel necessitas exprimendi sententiam gratia talium dignitatum vel proprietatum in una persona existentium. Hiis itaque se habentibus, dubitatur quare dicendo *o domine, precor vos quatinus faciatis*, et in aliis magis utimur pronomine plurali, quam nomine. Non enim dicimus loquendo ad unum *o domine mei* et cetera, vel aliquid tale. Item queritur quare in talibus magis utimur plurali pronomine prime persone vel secunde, quam tertie. Ad hoc dicendum est quod nomen significat completam substantiam cum qualitate, pronomen autem non, sed solum substantiam. Unde si nomen pluraliter poneretur, sequeretur multitudo substantie et qualitatis. Sola vero substantia vel materia magis possibilis est ad multiplicationem, quam substantia completa, quoniam omnis multitudo est a materia, unio vero a forma. Propter hoc exprimendo pluralitatem formarum vel dignitatum utimur potius pronomine plurali, quam nomine. Ad aliud dicendum est quod talis modus loquendi inventus est ad exhibendum reverentiam persone excellenti. Sed maior reverentia exhibetur ei presenti, quam absenti, causa favoris acquirendi. Propter hoc potius pronomine prime vel secunde persone utimur, quod rem presentem vel quasi presentem significat, quam pronomine tertie rem absentem designante. Item dubitatur in talibus quare magis pronomen et verbum multiplicatur et participium ratione verbi, quam alia pars orationis. Dicitur enim *precor vos ut sitis magister*, et non *magistri*, similiter *ut sitis talis et tantus*, et non *tales et tanti*. Unde necesse est substantiam multiplicari, non qualitatem vel quantitatem. Ad hoc dicendum est quod ratione diversarum proprietatum vel dignitatum in substantia debentur substantie actus diversi, quorum gratia multiplicatur actio in verbo. Non tamen ratione horum debentur plures substantie vel plura accidentia, que substantiam consequuntur. Inde patet ratio, quia non ratione albedinis vel alicuius talis accidentis debetur substantie multiplicatio, nec

ratione substantie, sed ratione proprietatum, quibus debetur actus diversus, et hec sunt que annexa sunt suo officio. Inde patet solutio. Item ratio ad idem est quod dicitur *vos estis magister*, et non *magistri*, quia unitas magis cadit a parte predicati, quod est loco forme. Forma autem est indivisibilis. Multitudo autem a parte subiecti est magis, quod est loco materie, gratia cuius debetur forme multiplicatio. Ex prédictis patet improprietas et causa excusandi.

Ex vi prolempsis. — La prolepse divise le nominatif qui était d'abord construit avec le verbe, ou ramène le verbe qu'on a placé d'abord, en le sous-entendant avec un autre nominatif :

Disiungit regimen, quod iunxerat ante, prolemsis[1] :
Hii metuunt, alius dominos aliusque magistros.
Aut, quod preposuit, extra sumendo reducit :
Hii properant et ego. Tu ludis et ille sedendo.

La glose *Admirantes*, par une interprétation qui semble très-forcée[2], entend les deux derniers vers non de la prolepse, mais du zeugma. Voici ce qu'elle dit de la prolepse :

(R 76 *disiungit*) Est prolempsis preoccupatio pluralitatis, que postea per

[1] (R 76) : « Construe : prolempsis disiungit illud quod regimen iunxerat ante cum verbo pluralis numeri. » Cette interprétation semble forcée.

[2] Voici comment la glose *Admirantes* interprète le vers *aut quod* (R. 77) : « Construe ergo sic : aut aliquis sive figura reducit ad verbum locutionis aliquem nominativum sumendo illum extra illud, id est extra naturam illius et personam illius, inquam, quod preposuit. » Mais rien, dans le texte, n'indique que le mot *prolempsis* ne reste pas sujet de *reducit;* et *extra sumere* a évidemment le même sens que la locution analogue dans le vers (ch. IX) : « Verbum multotiens substantivum petis extra, » qui est expliquée par *extra locutionem* dans la glose et qui signifie *sous-entendre.* Des gloses antérieures avaient donné *prolempsis* pour sujet à *preposuit, reducit;* mais la glose *Admirantes* rejetait cette interprétation par des raisons en quelque sorte dogmatiques (R 77) : « Quidam solebant legere sic litteram *aut prolempsis reducit* et cetera. Dicebant itaque secundum priores et communes glosulas quod hic esset prolempsis *hii properant et ego* . . . Sed tunc contra illos sic obicitur per verba Prisciani

partes dividitur. . . Prolempticarum constructionum quedam habent figuram locutionis, quedam constructionis. Figuram locutionis[1] habent ille in quibus non discrepant principia construendi, ut patet in hoc exemplo *aquile volaverunt, iste ab oriente, ille ab occidente*, quia ibi verbum pluralis numeri repetitum iungitur istis nominativis pluralibus, scilicet *iste* et *ille*. Ergo non est ibi discrepantia in principiis construendi. . . Non est figura constructionis, nisi in eis in quibus est repugnantia in principiis construendi. . . Sed quando accidentia que sunt principia construendi, sunt repugnantia, ut in hoc exemplo *aquile volaverunt, hec ab oriente, illa ab occidente*[2], tunc est ibi prolempsis, figura constructionis, quia discrepantia accidentium est in hoc quod li *hec* et li *illa* non habent pluralem[3] numerum. . . Incongruitas est ibi, quia dividentia sunt singularis numeri et divisum pluralis, et propter hoc cum verbo pluralis numeri constructionem de se habere non possunt. Sed hoc quod de se habere non possunt, habent, mediante suo toto, quia cum eodem verbo proprie construitur. Unde totum integrale, cum sit forma suarum partium, partes ad constructionem reducit, et sic patet quid sit ibi de congruitate, scilicet quod singulare geminatum respondet pluralitati. Ex hoc patet causa quare potest fieri hec figura. Causa quare oportet, est necessitas exprimendi sententiam, quia in tali constructione, cum totum significetur in plurali numero, quod perfecte non cognoscitur, nisi per explicationem factam per suas partes, postea partes sequuntur divisum, ut per illarum explicationem totum suum exemplificent et ostendant.

Ex vi zeumatis. — Voici ce que la glose *Admirantes* dit de cette figure :

(R 76 *aut quod preposuit*) : Zeuma. . . est adiunctio alicuius casualis dictionis per posterius reducibilis ad constructionem. . . Si ita sit quod sint diverse persone, uni quarum actus conveniat per prius, relique vero per

et eorundem, qui talem dabant et bene diffinitionem de prolempsi. . . Sed in predictis exemplis non est sic, ut patet. Ergo in dictis exemplis per locum a diffinitione non erit prolempsis. »

[1] constructionis *Codd.*

[2] Priscien, XVII, 28.

[3] singularem *Cod. Ce passage manque dans ra.*

posterius, ad hoc designandum debet verbum conformari vel actus primo et principaliter illi persone cui actus inest principaliter per prius, et secundario per posterius debet verbum conformari persone, quecunque sit illa, cui res verbi inest per posterius... In constructione... *tu ludis et ille*, iste nominativus *ille* construitur cum hoc verbo *ludis*. Sed, si dicatur quod tunc erit eadem constructio, quam si diceretur *ille ludis*, dicendum est quod non, quia iste nominativus cum illo verbo expresse non construitur, sed per quendam subintellectum... Expressio sententie verbum prohibet repeti, quia actus verbi denotatur substantie unius nominativi per prius inesse, substantie alterius per posterius; quare[1] denotatur uni inesse mediante substantia alterius. Unde, si repeteretur, denotaretur actus inesse utrique substantie eque.

Nominatif absolu. — Pierre Hélie ne connaît pas encore cette construction. Il n'y pense pas, comme on l'a fait au XIIIe siècle, pour expliquer le verset (Psaume CXXV, 1) : « In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati. » Il donne *dominus* pour sujet au gérondif :

(N 71. VIII, 45. *Spec.* c. 89) Quia *convertendo* significat tam actionem, quam passionem, idcirco potest construi cum *dominus*[2], ut ille casus significet personam agentem, cum *captivitatem* sic, ut iste casus significet rem ut patientem.

Plus tard on voyait dans cette construction et dans d'autres un nominatif qui n'est pas gouverné par un verbe. Alexandre connaît cette construction; car il dit :

Invenies rectum quandoque regente solutum.

Et en effet on admettait six nominatifs absolus :

1° Absolvitur nominativus a regimine expresso ratione dubitationis removende, ut *in convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati*

[1] que *Cod.* quia *ru.*

[2] dominum *Codd.*

quia si posuisset *Dominum*, dubium esset utrum Dominus converteret captivitatem vel e converso; et idcirco posuit *Dominus*, quia *Dominus* significat substantiam agentem vel tanquam agentem (E E 120)[1];

2° Causa breviloquii, ut *benedicite, Dominus, nos et ea que sumpturi sumus, etc.* Brevius enim dicimus *Dominus*, quam si diceremus *Dominus benedicat.* Et ideo *Dominus* ponitur absolute (*ibid.*);

3° Ponitur etiam absolute, ut locum habeat sequens relatio, ut cum dicitur *Dominus, in celo sedes eius*[2], et sic : *Iupiter, cuius genitivus est Iovis*, quia relativum et suum antecedens nunquam construuntur cum eodem verbo (R 77).

Alexandre de Ville-Dieu indique cette construction (ch. IX) :

> Ponis ob id solum precedens sepe[3], quod inde
> Certa relatio fit : *tua virga tuus baculusque,*
> *Ipsa michi vere prebent solatia vite*[4].

(R 113 *ponis ob id solum*) Licet nominativus appetat verbum a quo regatur secundum principia prima construendi, tamen aptus est ut ponatur aliter ad aliam sententiam exprimendam . . . Sicut in rerum natura subiectum precedit proprietatem et effectum et est principalius aliis, sic, ut dictionum ordo respondeat ordini rerum, dictio significans subiectum ad hoc designandum preponitur aliquando, et dictiones significantes proprietatem et effectum ipsius subiecti postponuntur, ut patet in predictis exemplis et in gallico modo loquendi, ut cum dicitur *mes sires il est trop vilains*[5];

4° Causa superscriptionis, ut si scriberetur super ymaginem factam ad honorem (beate Marie *beata Maria*)[6] (E E 120);

5° Causa numerationis, ut *unus, duo, tres.* Proferens enim istos nominativos non intendit predicare de eis, sed magis numerare per illos. Et sic

[1] La glose sur ce vers manque dans *ra* et est incomplète dans R.

[2] *Psalm.* X, 5.

[3] (R 113) : « Construe : tu *ponis precedens solum*, id est absolutum, *ob id*, id est propter id, *quod certa* et cetera. »

[4] *Psalm.* XXII, 4.

[5] vailanz *ra* urgeielious *rb.*

[6] J'ai substitué *Beata Maria* à *Beatus Nicholaus* pour préparer à comprendre le vers que je cite plus bas.

absolute sumitur. Omne enim quod regitur, aliquid significat in comparatione ad alterum (R 77);

6° Causa intitulationis, ut *liber Ovidii* (E E 120v°).

Ces différents nominatifs absolus étaient rassemblés dans les vers techniques suivants, que donnent les gloses[1] d'Alexandre Ville-Dieu :

Absolvent rectum dubium, brevitasque, relatum
Atque superscriptum, numerum, titulum superadde.
In convertendo, benedicite dic, *Dominus*que,
In celo sedes eius. Dic *sancta Maria.*
Dic *unus, duo, tres. Liber Ovidii* manifestat.

Construction de ecce. — Il se construit avec le nominatif ou l'accusatif (Alexandre, ch. VIII) :

(R 77 *ecce tibi*) Quidam . . . dicunt quod hoc adverbium cum nominativo et accusativo construitur, qui ab ipso reguntur. Alii vero dicunt quod absolute ponitur. Ad hoc dicendum est quod secunda opinio vera est in parte. Non enim ab aliquo verbo posito, sed subintellecto, regitur. Est enim sensus *ecce magister,* id est ecce magister venit vel adest, *ecce magistrum,* id est ecce video magistrum. Prior autem[2] opinio non est ex omni parte vera; est tamen non[3] penitus falsa. Regitur enim non ab adverbio per se, sed a verbo subintellecto ex vi demonstrationis vel executionis.

§ VI. — Vocatif.

On discutait la question de savoir si le vocatif se construit avec un autre mot. Gosvin de Marbais :

(Y 76) Queritur utrum vocativus construatur; et VIDETUR quod sic, quia omnis dictio que ex ordinatione sui cum alia dictione constituit orationem, cum eadem construitur. Sed vocativus cum imperativo secunde persone constituit orationem. Ergo cum eodem construitur. ITEM quicquid participat na-

[1] Ils sont déjà cités dans la glose *Admirantes* (R)

[2] enim *Cod. Cette glose manque dans ra.*

[3] tamen non — enim *Cod.*

turam constructionis et speciem, illud construitur. Sed vocativus participat naturam differentiam et speciem constructionis. Ergo vocativus construitur, quoniam, sicut dicit Priscianus[1], nominativus et vocativus absoluti sunt omnes, id est intransitive construuntur. Quare vocativus construitur. Quod concedendum est. In oppositum tale datur argumentum. Sicut dicit Priscianus[2], in verbis prime et secunde persone intelligitur nominativus definitus. Ergo in imperativo secunde persone intelligitur nominativus; et si ille exprimeretur, cum eodem verbo construeretur. Cum ergo diversi casus secundum speciem cum verbo a parte ante constructionem non habeant, videtur quod vocativus cum verbo imperativo secunde persone non construatur. Diversi casus secundum speciem sunt sicut nominativus, genitivus, et sic de aliis casibus. Diversi casus secundum numerum sunt sicut duo nominativi, duo genitivi et cetera. Gratia huius queritur utrum per nominativum intellectum et per vocativum expressum importetur eadem substantia. Et videtur quod non, quia si importetur diversa substantia, debet reddi eis verbum plurale; et si importatur eadem substantia, causatur nugatio[3]. Et non est ponere quod construatur cum alio. Ergo vocativus nullo modo construitur. Item queritur quando vocativus construitur cum verbo expresso, et quando cum verbo intellecto. Ad hoc dicendum est quod secundum Priscianum[4] vocativus apostrophativus est, id est excitativus. Sed substantia importata per vocativum potest dupliciter excitari, scilicet ad aliquid agendum, vel ad aliquid apprehendendum de alio. Si primo modo, sic construitur cum verbo expresso, ut *Waltere, lege.* Si secundo modo, sic construitur cum intellecto, ut *Waltere, audi* vel *intellige, ille legit.* Et sic de aliis. Solutio. Dico quod vocativus ratione similis affectus et conformitatis accidentium cum imperativo secunde persone construitur. Utrobique enim est similitudo affectus, quoniam uterque eorum est excitativus; et est conformitas accidentium, scilicet persone et numeri, que sunt media construendi. Ad responsionem in oppositum dicendum est quod nominativus et vocativus cum imperativo secunde persone construuntur, sed differenter, quia no-

[1] XVIII, 2.

[2] XVII, 14

[3] *Nugatio* est un terme technique de logique qui traduit ce qu'Aristote appelle ἀδολεσχεῖν (*Elenchi*, III, 161 b 15. XIII, 173 a 32). C'est ce qui a lieu quand l'adversaire vous force à une tautologie. Quand on disait *nez camard*, un sophiste prétendait que c'était dire *nez nez camard*, parce que *camard* renferme déjà l'idée de *nez* (*El.* XIII, 173 b 10).

[4] XVII, 191.

minativus construitur cum eodem secundum rem et veritatem, vocativus vero secundum apprehensionem. Unde per vocativum significatur suppositum actus potentiale, per nominativum vero suppositum actus actuale. (Nota. Suppositum actuale actus est illud cui actus actualiter inest vel designatur inesse, suppositum potentiale actus est illud cui actus actualiter non inest nec designatur inesse.) Per hoc patet RESPONSIO AD ULTIMUM, quoniam geminatio[1] eiusdem rei secundum diversas rationes construendi non facit vicium nec nugationem. Sic autem est in proposito. Unde non est ibi nugatio.

Voici comment la distinction alléguée ici est développée dans la glose *Admirantes :*

(R 69 *vult intransitio*) Actus potest uniri substantie secundum rem, et sic unitur substantie significate per nominativum. Aut potest uniri actus substantie secundum apprehensionem, et sic unitur substantie significate per vocativum. Unde cum dicitur *Guillelme, tu lege*, huic vocativo *Guillelme* attribuitur actus, ut substantia significata per ipsum apprehendat actum substantie huius pronominis *tu*, cui nominativo redditur actus, ut insit ei secundum rem; et ita non est nugatio, licet eidem substantie bis unus actus attribuatur. Quod verissime patet, quia, si dicatur *Guillelme, lege*, plus significatur quam si diceretur solummodo *lege*, quia cum dicitur *lege*, significatur actus substantie uniri secundum rem sive affectum; sed, cum dicitur *Guillelme, lege*, non solum significatur actus substantie uniri ibi secundum rem, imo secundum apprehensionem vel ut conceptus.

En un mot le vocatif *excite*[2] l'attention, et l'appelle sur l'acte dont on parle.

Voici comment on traitait du vocatif dans l'enseignement élémentaire :

(II*a* 43) (Qui gouverne) le vocatif? Il n'est mie gouverné; mes il est commun et [excite][3] les pensées tant seulement. Unde versus :

[1] generatio *Cod.*

[2] Les copistes écrivent souvent *exercere exercitare* pour *excitare :* ce qui n'a aucun sens. Cette faute est reproduite plusieurs fois dans Duns Scot, *Opp.* I, 54.

[3] *Om. Cod.*

Quintus non regitur, quia non contexitur inter
Partes constructas, sed mentes excitat usque.

Ou il est gouverné de cest adverbe *o* ex vi excitationis, ou de la secunde persone de l'impératif de force de persone secondaument. Unde versus :

Imperium quintum regit, aut *o*, dicve solutum.

§ VII. — Cas obliques. — Génitif.

CAS OBLIQUES.

Alexandre traite successivement, pour chaque cas, d'abord du régime des noms, ensuite de celui des verbes, puis des autres, en particulier des cas *absolus*.

Il a rangé les cas dans l'ordre adopté par Priscien, qui, dans son XVIIIe livre, traite d'abord de la construction du nom avec les différents cas obliques (6-39), ensuite de celle du verbe (135-156), et qui, dans la première partie, dispose ainsi les cas : génitif, datif, accusatif, ablatif.

Voici comment les préceptes sur l'emploi des cas obliques étaient résumés dans l'enseignement élémentaire :

(II*a* 43) Qui gouverne le génitif? la part qui plus près de lui est en sens et en construction, [le nom][1] qui devant vient, par force de possession. Le datif? le verbe ou le participle qui devant vient, par force de acquisition [2]. Le accusatif? le verbe ou le participe qui devant vient, par force de transition; ou la préposition li sert. . . Li ablatif? le non ou le verbe ou le participle qui devant va, par force de cause, ou le comparatif degré; ou la préposition li sert; ou il est mis absolut. Quant est mis ablatif absolut? quant il n'i a qui le gouverne. En quantes manières est mis ablatif absolut? en III : o le non verbal, et o le participle, et quant il est entendu [3]. Unde versus :

Absolvi non vult ablativus, nisi iungas
Participem, vel quid sub vice participis,
Sive subauditur, ut *Sedi rege sedente.*
Me duce carpe vias. Natus sum rege Philippo. (*Grécisme*, ch. xv.)

[1] *Om. Cod.*
[2] acquision *Cod.*
[3] Comme dans le troisième exemple où l'on sous-entendait *ente*.

GÉNITIF.

(R 77 *ast obliquorum*) Agit de regimine obliqui qui dicit principium substantie.

Génitif construit avec les noms. — On expliquait, en général, la construction du génitif avec les noms de la manière suivante:

(R 78 *ast obliquorum*) Illa constructio que attenditur inter nominativum et genitivum, fit ratione qualitatis. Cuius hec est causa, quia omnis qualitas, cuicunque advenit, principium est convenientie et differentie. Sed omnis differentia vel convenientia respectum importat, et omnis constructio cum obliquo fit gratia alicuius respectus. Et ideo sola qualitas est principium constructionis recti cum obliquo. Sed CONTRA. Nomen significat substantiam cum qualitate. Cum ergo illa qualitas sit complexiva illius nominis, qualitas significata per nomen est qualitas substantialis. Cum ergo talis[1] qualitas non sit principium respectus, illa qualitas non erit principium construendi nominativi cum obliquo. AD HOC DICENDUM est quod duplex est qualitas in nomine, scilicet substantialis et accidentalis. Substantialis est illa in qua est nominis impositio, et hec non est principium illius constructionis. Est etiam qualitas accidentalis que accidit ipsi nomini, que nichil aliud est quam respectus substantie ad aliam substantiam vel ad actum mediante quo substantia[2] ad aliam inclinatur; et hec est principium illius constructionis. Et per hoc solvitur quedam questio quare qualitas non assignatur nomini pro accidente a Prisciano, cum assignetur a Donato. AD ALIUD quod obicitur, quod illa qualitas est in nomine proprio, dicendum est quod in qualibet constructione illud quod ponitur in rectitudine, specificatur per illud quod ponitur in genitivo sequente. Quia ergo singulare, in quantum tale, non potest construi vel trahi in minus per specificationem, ideo proprium nomen non habet illam constructionem participare.

On pensait d'ailleurs qu'il fallait sous-entendre le verbe

[1] totalis *Cod.* iuste tale (*avec un point sous* l'*e*) is *ra.*

[2] respectu cuius substantie *Cod.* respectu substantie *ra.*

substantif précédé d'un relatif ou son participe entre les deux substantifs :

(R 105 *quando non transit*) Dubitatur quomodo fit transitio personarum sine actu, cum omnis transitio sit in motu, et motus sit cum actione. Ad quod dicendum est quod nulla transitio est sine actione penitus. Illa autem que est transitio personarum, habet subintelligere verbum substantivum cum nomine infinito, sicut dicit Priscianus in secundo Minoris [1], ut *capa Sortis*, subintelligitur *capa que est Sortis*, vel *ens Sortis*, scilicet participium verbi substantivi. Sed de hac causa queritur quare in tali constructione verbum substantivum vel eius participium habeat intelligi. Dubitatur enim hoc [2] subintelligi, sicut asserit Priscianus, nisi expresse ponatur; sed videtur hoc esse falsum. Propter hoc questio est utrum sit necessarium poni eius participium vel subintelligi, necne, ad hoc quod nomen obliquum exigat; et si hoc necessarium sit ad hoc quod nomen obliquum exigat, ergo nomen nichil exigit in tali constructione, nisi ubi erit verbum substantivum vel eius participium, quia nomen non exigit obliquum per sui naturam, sed illum magis exigit ipsum verbum. Ergo falsa est regula supra dicta. Ad oppositum. Cum tam nomen quam verbum transitive construatur cum obliquo, verbum tamen, eo quod significat actionem, que est in motu, vehementiorem habet vim transeundi, quam nomen. Sed ipsum verbum non potest transitive [3] exigere obliquum sine prepositione media. Ergo nomen multo fortius non exigit obliquum, nisi per aliquod medium. Sed medium in genere conveniens ipsi transitioni personarum est verbum substantivum substantiam significans uniuscuiusque. Ergo videtur quod in tali constructione, que transitiva est personarum, oporteat intelligi verbum substantivum vel eius participium, nisi ponatur expressum. Ad primum obiectum dicendum est quod exigentia tota debetur nomini, unio tamen rationalis eius quod exigitur ab exigente, per verbum substantivum vel eius participium perficitur. Quando igitur querit utrum sit necessarium verbum substantivum vel eius participium intelligi in tali constructione, dico quod est necessarium;

[1] XVIII, 5-6. Priscien ne parle que de la construction que nous appelons *apposition*. Son texte est donc détourné de son sens, comme il l'est aussi dans Robert l'Anglais (V 16), où cette glose se retrouve presque littéralement.

[2] habent *ra*. *Cette phrase manque dans* R.

[3] *Sic Codd.*

sed non propter hoc sequitur quod ipsum exigat obliquum, nec quod nomen per ipsum exigat. Sed nomen per naturam sui propriam [exigit][1]; sed illud quod exigitur, ei unitur per intellectum ipsius verbi vel eius participii.

Un nom peut en gouverner un autre au génitif *ex vi possessionis, ex vi demonstrationis essentie, ex vi actus conversi in habitum, ex vi cause, ex vi partitionis.*

Ex vi possessionis. — Le nom signifiant la possession se construit avec le génitif qui signifie le possesseur[2]. On distinguait, dès le temps d'Alexandre, deux sortes de possession[3] :

(R 78 *dicere*) Est possessio pura, quando possessor, possessione ostensa, dicere potest : « hoc est meum. » . . . Alia est species possessionis, que dicitur impura possessio, ut de vicino vel socio ostenso non possum dicere : « hoc est meum, » vel « hic est meus, » nisi addatur *vicinus* vel *socius*.

Dicere si vere possis « istud mea res est, »
Cum nichil adiungis, tunc est possessio pura :
Dentur in exempla tibi *regis equs, ducis aula.*
Si petit adiungi, non est possessio pura.

Ex vi demonstrationis essentie. — La partie et la propriété, qui peuvent gouverner *ex vi possessionis* le génitif signifiant le tout ou la substance, peuvent être gouvernées au même cas, si elles sont accompagnées d'une épithète de louange ou de blâme, *ex vi demonstrationis essentie*[4]. Alexandre :

Dextra viri fortis speciem superat mulieris.
Vir fortis dextre. Speciei femina mire.

(R 79 *pars propriumque*) Est essentia in hoc loco res sive subiectum cui

[1] *Omm. Codd.*

[2] Priscien XVIII, 9-10. Voir ci-dessus, p. 101, 106.

[3] Cette distinction a peut-être été suggérée par Priscien, XVII, 129-130. Elle ne se rencontre pas encore dans Pierre Hélie.

[4] Cette expression est empruntée à Priscien, XVIII, 13.

attribuitur laus vel vituperium. Demonstratio[1] vero essentie est alicuius proprietatis laudem vel vituperium demonstrantis vel importantis circa subiectum accomodatio . . . . . .
Sicut dicit Aristoteles[2], accidentia maximam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, ideoque accidens est principium cognoscendi substantiam, licet substantia sit principium accidentis in essendo. Dico quod in constructione possessoria facta ex vi possessionis (*c'est-à-dire dans « dextra viri fortis »*) est comparatio subiecti ad accidens sive ad proprietatem, prout subiectum est principium accidentis vel proprietatis. Et ideo subiectum debet tunc designari per casum dicentem tale principium; et hic est genitivus . .; et secundum hoc dicitur *forma mulieris*. Porro in constructione que fit ex vi demonstrationis essentie, est comparatio accidentis ad substantiam, prout accidens est[3] principium cognoscendi ipsum subiectum. Et ideo in tali comparatione debet ipsum accidens designari per casum dicentem tale principium; [et][4] hic est genitivus.

On rapportait à la construction de la partie *ex vi possessionis* celle de la partie séparée du tout, et la locution *tunc temporis* :

(R 79 *et debet parti*) Sicut de pede porci porco inherenti possum dicere *pes porci bonus est*, et ita de pede secato et separato a porco possum dicere *pes porci bonus est.*

On discutait sur *tunc temporis* du temps de Pierre Hélie :

(*nb* 150) Queritur a quo regatur *temporis*. Et dixerunt antiqui quod *tunc temporis* est una pars; est enim adverbium compositum ex *tunc* et *temporis*. Vel dicemus quod sic est intelligendum. *Tunc* non dico *tunc* illativum, sed dico *tunc* designativum temporis[5]. Sic genitivus iste *temporis* regitur ab hoc nomine designativo.

(R 79 *clausum sub parte*) Ne videretur quod illa doctrina deberet intelligi solummodo in parte et in toto permanentibus, ideo dicit per exemplum

[1] de modo *Cod.* demonstrativum *ra.*
[2] *De anima*, I, 1, 402 b 22.
[3] tate *add. Cod. Cet endroit manque à ra.*
[4] *Om. Cod.*
[5] *Il manque sans doute ici quelque chose dans les manuscrits.*

quod intelligenda est in parte et in toto similiter non permanentibus sive successivis, ut inter partem temporis et tempus.

La glose *Admirantes* rapporte à la construction *ex vi possessionis impure* l'emploi du génitif dans les constructions suivantes :

Contentum regit hos[1], et res que continet illud,
Ut *vinum vasis* et *sunt duo dolia vini.*
Contentis suberunt ea que contenta fuerunt.
Tempus, qui fiunt in eodem, continet actus.
Hiis adiungetur prelatio cum famulatu :
Rex huius populi veniet regisque minister.
Proximitas, contrarietas, genus hiis sociantur :
Huius vicinus. Hostis regis. Pater eius.

Ex vi actus conversi in habitum. — On rapportait à cette construction, dont Priscien traite (XVIII, 17-21), *amans, amator amatrix vini ; puer cupidus ludi, timidus flagelli.*

(R 80 *verbum quod transit*) Nomen verbale idem significat quod et suum verbum, per modum tamen substantie in quiete et per modum habitus. Et quoniam habitus est habentis et comparatur ad habentem, tanquam ad suum principium in habendo, propterea habens debet significari per illum casum qui significat principium in quiete, et hic est genitivus. . . . . Dicit actor in littera quod genitivus regitur a participio transeunte in vim nominis gratia actus conversi in habitum. Sed CONTRA. Nulla species oppositi transit in speciem sibi oppositam. Participium et nomen sunt partes orationis opposite. Ergo unum in aliud non transit. ITEM in transitione accidentis non oportet substantiam transmutari. Ergo cum participium tempus amittat, nichil impedit quin sit participium, et ita per temporis amissionem non transibit in nomen. ITEM cum participium sit medium inter nomen et verbum, queritur quare magis transeat in nomen quam in verbum. . . . . AD PRIMUM dicendum est quod una species non potest formaliter in aliam transire. Quod tamen materiale est respectu unius speciei recipere potest

[1] sous-entendu *accusativos*. De même plus bas *hiis sociantur*, et ailleurs.

formam alterius; et hoc est quando actus convertitur in habitum vel in modum habitus. Unde participium est tanquam materia, quando transit in nomen vel in vim nominis, et nomen tanquam forma. Ad secundum dicendum est quod duplex est accidens, commune et proprium. Ad interemptionem accidentis communis non sequitur interemptio eius cuius est accidens. Sed ad interemptionem accidentis proprii sequitur interemptio subiecti, ut patet in homine et risibili. Si risibilis interimitur, et homo. Et tale accidens est tempus in participio. Nam dicit Aristoteles[1] in quarto Phisicorum: « Tempus est motus, id est propria mensura motus. » Ideoque ad interemptionem eius interimitur et motus. Quia ergo omnis actio vel passio in motu finitur, interempto motu, interimitur actio vel passio. Sed interemptio unius oppositorum est et alterius positio. Unde ad interemptionem actus sequitur positio habitus. Et ita per temporis amissionem sequitur quod participium transeat in nomen. Et per hoc patet solutio ad aliud quod non potest transire in verbum, cum verbum sine tempore esse non possit. Vel potest dici quod ex tota natura participii potest sumi tota nominis natura, et non tota verbi.

Ex vi cause vel effectus. — On rapportait à ce régime non-seulement les constructions dont les termes expriment l'un la cause, et l'autre l'effet, mais encore les constructions où les deux termes désignent le même sujet, celles du génitif de matière et du génitif de relation. Alexandre :

Artifici regimen datur hoc, ut *epistola Pauli.*
Quodque fit ob causam regit hos, ut *busta parentum.*
Effectus cause nomen iunges genitivo :
Effectus culpe pudor est et pena reatus.
Illud quod regitur et rector idem tibi signant :
Virtus vera Dei nos crimine purget ab omni.
Materiam signans iungatur, ut *anulus auri;*
Aut ablativum dabit, *ex* vel *de* preeunte.
Adde relativum : *sunt dupla quaterna duorum.*
Sic speciem generis dic atque genus speciei.

[1] *Phys. ausc.* IV, 11, 12.

On discutait sur la construction *virtus vera Dei :*

(R 81 *illud quod regitur*) Aliqui solebant hoc dicere quod genitivus regitur quandoque ex vi identitatis, ut in hoc exemplo *virtus vera Dei.* Sed dicit Priscianus[1] : « omnes obliqui transitivi sunt. » Quod nichil aliud est dictum, quod obliqui transitivam habent constructionem. Sed omnis constructio transitiva fit per diversitatem, et non per identitatem; quod patet, quia ab eodem in idem nulla est transitio. Ergo omnis constructio genitivi fit per diversitatem, et non per identitatem. Quod conceditur. Et si velit aliquis dicere in contrarium, dicens quod per ista duo vocabula *virtus*[2] *Dei* eadem substantia designatur, uno modo conceditur istud esse verum. Est enim idem secundum rem, sed diversum secundum modum loquendi. Nam in tali locutione vel constructione loquimur de Deo et de virtute tanquam de diversis. . . Res significata non est vis neque principium constructionis, ut sic patet ex eo quod improprie dicitur *turba ruunt...* Igitur aut huiusmodi constructio non fit per illam vim, aut, si fiat, erit impropria vel figurativa... *Virtus vera Dei.* Sensus est *virtus que est Deus.* Et sic patet quomodo est ibi identitas, non tamen ut identitas, sed ut diversitas. Et ideo ibi est transitiva constructio a parte modi loquendi. Secundum quem modum resolvendo dicitur *virtus Dei,* id est *Deus habens virtutem.* Et sic est ibi constructio possessoria.

(*ra* 32 v° *materiam*) Adhuc agit actor de regimine facto inter causam et causatum vel effectum. Cum enim dicitur *anulus auri,* li *auri* regitur ex vi effectus vel ex vi cause, ut *aurum anuli.*

(*ra* 32 v° *ex vel de*) Cum ablativus designat causam materialem permanentem, debet preponi ista prepositio *de,* ut *anulus de auro;* sunt enim aurum, ferrum et huiusmodi cause materiales permanentes. Si ablativus non designat causam materialem permanentem, sed permutabilem et exeuntem, tunc debet preponi ista prepositio *ex,* ut *panis ex farina et aqua.*

(R 82 *ex aut de*) Dicit actor quod hec prepositio *ex* debet poni in constructione, si ablativus sequens incipiat a vocali, ut *ex auro est anulus* . . . Dicit quod hec prepositio *de* debet poni in constructione, si ablativus sequens incipiat a consonante, ut *de ferro, de calibe fit cutellus.*

[1] XI, 12 — [2] vera *add. Cod. ra* (*qui supprime* Dei).

La glose ne ramène pas le régime des mots qui expriment relation à celui de la cause et de l'effet ; on lit :

(R 82 *adde relativum*) Sic habetur quarta regula hic ex vi relationis.

Et pourtant on trouve plus haut :

(R 81 *artifici regimen*) Hic accedit actor ad quartam regulam de regimine genitivi. Dicit enim quod genitivus regitur ex vi cause.

Ex vi partitionis. — Ce régime comprenait les constructions suivantes énumérées par Alexandre :

Cum partitivis numerum seriemque locabis :
Quilibet, alteruter, neuter, duo, quartus eorum.
Pone gradum medium, partitio quando notatur[1].
Ut partitivum pones *ubicunque locorum.*
Sub partitivis pronomina terna locabis,
Ut *volucrum canit hec, gemit ista, tacens manet illa.*
Da gradui summo genitivum plura notantem :
Est Salomon popuali doctissimus atque virorum:
Iste gradus geminos quandoque regit genitivos :
Esse solet nemorum regum ditissimus ille[2].
Expositum poterit regimen tibi notificare.

On distinguait deux espèces de *tout, totum integrale,* comme la foule à l'égard des individus qui la composent, *totum universale,* comme le genre à l'égard des espèces, ou l'espèce à l'égard des individus. Il n'y a de construction partitive qu'entre le *totum integrale* et ses parties :

(R 82 *cum partitivis*) Inter totum integrale et suam partem constructio manet illa, quia partes habet actualiter existentes et in pluribus salvatur.

[1] R (glose interlinéaire) : « *Pone* cum genitivo *gradum medium,* comparativum, « maior horum, » *partitio quando notatur* per ipsum comparativum. » — [2] Cf. Virgile, *Æn.* I, 343, *ditissimus agri Phœnicum* dans Priscien, XVIII, 29.

Il en est autrement du *totum universale* :

(*ra* 32 v°) Totum autem universale secundum suam existentiam in una parte salvatur et ideo inter talem partem et suum totum non potest fieri talis constructio.

On distinguait deux espèces de parties :

(R 82 *cum partitivis*) Hic non est constructio partitiva *paries huius domus*..... Duplex est pars integralis : quedam essentialis, ut paries, quedam accidentalis, ut pars totius integralis per aggregationem; accidit enim Sorti quod sit pars illius turbe. Primo modo est constructio possessoria, secundo, partitiva.

Voici comment on rendait raison du génitif partitif :

(R 82 *cum partitivis*) Genitivus. . . significat substantiam, prout est principium alterius. Cum igitur pars sit principium totius, et non e converso, videtur quod pars potius ponatur in genitivo, quam totum. Ad hoc dicendum est quod in constructione partitiva debet significari totum in ratione totius actualiter plures partes habentis. Istud autem per genitivum pluralem habetur vel designatur, non per singularem, nisi fuerit genitivus nominis collectivi. . . . . Pars potest dupliciter considerari ad totum, vel secundum viam constructionis, vel secundum viam relationis. Primo modo considerando, pars est principium totius, et secundum hoc pars ponitur in genitivo vel in ablativo, et secundum istam non fit ista constructio. Secundo modo considerando, totum est principium suarum partium, et hoc modo fiet ista constructio.

Régimes divers. — On rapportait aux régimes *ex vi possessionis* ou *demonstrationis essentie* les constructions suivantes :

Idque quod esse solet de consuetudine, iunges,
Ut *caupo pistor horum scola* sive *taberna*[1].
Letitie cathedram sub consuetudine ponam.

[1] R (glose interlinéaire) : « *Caupo* falerni, *pistor* regis, *scola* gramaticorum, *taberna* Iohannis. »

Additur *excellens flos florum virgo beata*[1].
Hiis pretium iunges, ut *salmo trium solidorum.*
Etatem iungo, velut *annorum puer octo,*
Mensuramque notans, ut *vasa trium modiorum.*
Remque representans regit hos, aut signa figurans :
In crucis hoc signo vel *regis ymagine signo.*
Per supplementum propriis iunges genitivum :
Dalida Sansonis probat hoc *Iacobique Maria.*
Multaque comperies, cum possessiva resolves[2].

(R 83 *idque quod*) Hec dictio *pistor* eodem modo construitur, quamvis dicat rem que solet esse, ac si diceret rem presentialiter existentem..... Est igitur hic constructio possessoria attendenda, cum sit sensus in resolvendo : *pistor horum*, id est *isti habentes pistorem.* Construe eodem modo in aliis, ut reducas ad possessionem.

(R 83 *letitie*) In cathedra in qua solet esse letitia, licet non sit modo, nichilominus potest dici *hec est cathedra letitie.* Est ibi regimen ex vi demonstrationis essentie, et similiter *in cathedra pestilentie non sedit*[3]..., sicut dicitur *homo pacis, filius predilectionis*..... Dicebant quidam, obtenebrantes liquidum actoris intellectum per cecitatem animi et asinini intellectus[4], quod actor dicebat ibi esse regimen genitivi ex vi consuetudinis. Quod penitus esset absurdum dicere, cum omnis constructio genitivi, ut probatum est, habeat fieri gratia alicuius respectus, qui dicitur qualitas accidentalis resultans ex dictionibus, vel substantialis, ut in hiis patet exemplis, *pater* et *filius.* Sed cum dico *pistor horum*, consuetudo non est qualitas substantialis vel respectus resultans ex hiis dictionibus. Ergo consuetudo non est causa illius constructionis. Quod concedendum est.

[1] R (glose interlinéaire) : « Ex vi demonstrationis impure. »

[2] (R 84) : « Quidam solent sic intelligere versum istum dicendo quod actor innuit quod multa possessiva, sicut Phebeius et Evandrius, resolubilia sunt, et in eorum resolutione constructio possessoria invenitur..... Sed hoc nichil facit ad relicum (membrum locutionis R), cum nichil faciat ad propositum... Intellige ergo sic dicendo : Licet supra dixerim regulas de regimine genitivi, tamen illas volo ad compendium retorquere... quia tu *comperies multa* regimina genitivi *possessiva*, id est ex vi possessionis facta. » La première interprétation semble préférable.

[3] *Psalm.* I, 1.

[4] dicentes *add. Cod.* dicendo *add. ra.*

(R 83 *hiis pretium*) Duplex est possessio, scilicet propria et impropria, sive pura et impura. Similiter duplex dicitur demonstratio essentie, propria, ut in hoc exemplo, *mulier egregie forme*, minus propria sicut in hoc exemplo, *salmo trium solidorum*. Quod sic patet, quod, sicut in demonstratione essentie propria designatur quedam determinatio specialis circa substantiam sive quedam specialis proprietas per quam subiectum ab alio discernitur, ut patet cum dicitur *mulier egregie forme*, ita, cum dicitur *salmo trium solidorum*, est ibi demonstratio et ipsius subiecti specificatio, per quam discriminatur subiectum ab aliis pretio et valore. Item sicut proprie non potest dici *mulier forme*, nisi adveniente adiectivo mediante et specificante, bene tamen dicitur *mulier egregie forme*, sic bene non dicitur *salmo solidorum*, nisi adveniente adiectivo, bene tamen dicitur *salmo trium solidorum*... Nec est dicendum quod fiat regimen ex vi pretii, ut dicebant, et hec opinio est tenenda utpote a sapientibus approbata.

(R 83 *etatem iungo*) Est ibi regimen ex vi demonstrationis essentie impure. . . . . Potest dici quod puer mensuretur tempore designato per hoc quod est *octo annorum*, et illud tempus sit mensurans et continens; ibi erit impura possessio, sicut inter continens et contentum. Simile exemplum ponit, ubi dicit *tempus, qui fiunt in eodem, continet actus*.

(R 83 *mensuramque*) Per hanc regulam potest intelligi regimen ex vi demonstrationis essentiē, sicut supra inter continens et contentum. Alii dicebant et fatue ibi esse regimen ex vi mensure.

(R 83 *remque*) Est ibi constructio possessoria, cum sit sensus *ymago regis*, id est *rex habens ymaginem*, licet defunctus fuerit. . . . . Potest attendi in hoc exemplo (*c'est-à-dire* « *in crucis signo* ») et in consimilibus identitas a parte rei, quia, cum facio ante me signum crucis, crux et illud signum idem sunt. Et ita talis constructio est intransitiva a parte rei; sed quia loquitur de cruce et de signo tanquam diversis, propterea debent significari ut diversa, et quia significatur, propterea erit transitiva personarum a parte modi [1].

(R 84 *per supplementum*) In posteriori intelligitur suum prius; ideo in propriis intelligitur suum commune. Ideo ratione communis in propriis intellecti cum obliquis propria poterunt habere constructionem. . . . . Non

[1] Il faut sous-entendre *loquendi*. Voir ci-dessus, p. 280.

ratione cuiuslibet actus vel intellectus communis construi possunt propria cum obliquis, sed ratione communis ad alterum dependentiam habentis et respectum... Dictio posita in obliquo debet specificare rem dictionis, a qua regitur. Sed commune non est specificativum proprii. Ideo inconvenienter dicitur *Sor hominis*... Propria nomina cum genitivis construuntur per intellectum nominis communis proprie vel transsumptive, quando ex propria institutione et impositione intellectum habent nominis appellativi, et hoc dupliciter, vel ratione nominationis specificande, ut patet in cognominatione, ut cum dicitur *Robertus Petri*, id est *Robertus filius Petri*, vel ratione proprietatis intelligende, ut patet cum dicitur *Marcia Cathonis, Dalida Sansonis*. Sed per transsumptionem hoc fit, quando propria transsumuntur ad commune propter intellectum proprietatis specialiter tali subiecto inherentis, ut per Thyphym intelligitur navis gubernator, per Authomedonta auriga. Inde patet exemplum in Arte amatoria[1] *Thyphys et Authomedon dicar amoris ego*.

Génitif construit avec les verbes. — Alexandre mentionne *oblivisci, meminisse*[2], *recordari*[3], l'adjectif *memor, interest, refert* (sauf avec les pronoms)[4], *est* pour *pertinet*, auxquels il ajoute tout ce qui signifie *appartenance* et *office* (*quod pertinet officiumque*).

(R 84 *additur oblitus*) Habet fieri specialiter hoc regimen ex vi significationis verbi intra : quod patet per hanc expositionem : *obliviscor lectionis*, id est *oblivionem lectionis mee patior*. Ratione tamen significationis extra sive modi significandi, in quantum notat rem suam sub ratione transitus, constructionem potest habere cum accusativo.

(R 84 *inter et est*) Omne impersonale habet reduci ad personam per rem verbi et ipsum fieri et per hoc verbum *est*, ut *curritur, cursus est* vel *fit*. Sed hoc verbum *interest* non sic reducitur : *interentia est* vel *interentia fit*. Ergo non potest impersonari. . . Dicendum est quod hoc verbum *est* dupliciter tenetur. Quandoque enim significat substantiam uniuscuiusque rei solummodo, quandoque dicit exitum ab ocio in actum, ut cum dicitur *sillogizantem ponendum est terminos*. Et hoc ultimo modo tenetur impersonaliter,

[1] Ovide, *Ars am.* I, 8.
[2] Priscien, XVIII, 216, 241.
[3] Voir ci-dessus, p. 84.
[4] Priscien, XVII, 92.

et tunc reddit ei suppositum quedam substantia infinita, que intelligitur in ipso, et finitatur per subsequens verbum. Unde quando reducitur ad personam, reducitur mediante illo actu qui est in ratione suppositi vel finis : ut *interest regis facere hoc;* hoc quod est *facere* reddit ei suppositum, in quantum reducitur ad personam... Hoc verbum *est* reducitur ad personam sic : *Est regis facere hoc,* id est *hoc facere est res regis...* Hec verba *interest* et *refert* ratione significationis, que est pertinentia, construuntur cum genitivo. Sed quoniam pertinentia inclinationem habet et dependentiam ad id cuius est pertinentia, tanquam ad suum principium, et hoc sine motu, propterea, ratione pertinentie importate per ipsa, inclinantur hec verba ad illum casum qui dicit principium sine motu; et hic est genitivus [1].

(R 85 *dat regimen*) Non solum verba predicta construuntur cum genitivis ratione pertinentie, sed etiam nomina pertinentiam designantia, vel officium, vel forum causarum vel rerum, ut *iudex litis, officium episcopi, sacerdos* vel *capellanus regis* vel *ecclesie.*

Génitif absolu. — Voici ceux que reconnaît Alexandre :

Et rectore caret genitivus sepe localis,
Cum nullum motum designas, dum preeuntis
Sit numeri nomen, et prime sive secunde :
Rhotomagi studeas, vel *Rome deinde moreris.*
Militie tamen atque *domi residebis humique.*
Vespera Paschalis hoc poni more videtur.

Ainsi les génitifs des noms de villes, ceux de *militia, domus, humus,* que Priscien considérait comme construits adverbialement (XV, 16), étaient dits *absolus.* On voyait aussi un génitif absolu de *vespera* dans le verset de saint Mathieu (XXVIII, 1) qui est chanté la veille de Pâques : « Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalena, etc. » On lit dans le texte grec : *ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνή.* La vulgate a

[1] Pour la construction de l'ablatif des cinq pronoms, la glose cite Priscien, XVII, 92.

traduit le participe précédé de l'article par le verbe accompagné du relatif, avec ellipse de *die* répondant à l'ellipse de ἡμέρᾳ en grec. Cette ellipse est certainement contraire au génie de la langue latine, et ceux qui ne pouvaient remonter à l'original étaient excusables de construire le féminin *quæ* avec *vespere,* d'autant plus que *æ* s'écrivait *e*. Pierre Hélie rapproche déjà cette construction de celle des noms de villes :

(N 28. II, 62. *Spec.* c. 33) *Hec vespera, huius vespere*, crepusculum inter diem et noctem, cuius genitivum ponunt auctores pro adverbio, ut ibi : « Vespere autem Sabbati, que lucescit etc. » Sed opponitur quod relatio non fit ad adverbia; sed ibi ad *vespere* fit relatio. Ad quod dicimus quod ad nomen positum loco adverbii sepe fit relatio, ut si dicam *Cesar est Rome, que est caput totius mundi.*

Alexandre suit cette tradition, puisque, après avoir parlé du génitif absolu des noms de villes et de *militia*, etc. il ajoute que le mot *vespera* paraît être employé ainsi dans le verset qu'on chante la veille de Pâques. Voici comment on discutait ce point:

(R 85 *vespera Pascalis*) Queritur ergo utrum li *vespere* sit nomen vel adverbium. Et quidam dicunt quod potest esse adverbium et regit illum genitivum *sabbati*. Sed CONTRA. Ad adverbium non fit relatio per relativum masculini vel feminini generis. Sed ad hanc dictionem *vespere* fit relatio per relativum feminini generis. Ergo hec dictio *vespere* non erit adverbium. ITEM si esset adverbium, esset adverbium temporis. Sed nulla adverbia temporis regunt genitivum, nisi ista *tunc* et *nunc*, que tamen per se non regunt. Sed hec dictio *vespere* genitivum regit. Ergo hec dictio *vespere* non erit adverbium temporis, neque aliud adverbium, sicut patet. Sed est adverbium vel nomen. Non est adverbium, ut ostensum est. Ergo est nomen. Quod CONCEDIMUS dicendo quod hoc nomen *vespere* vel erit genitivus descendens ab hoc nomine *vespera, re,* vel erit ablativus descendens ab hoc nomine *vesper, ris*. Sed quod NON SIT GENITIVUS descendens ab hoc nomine

vespera, *re*, videtur. Si esset genitivus, poneretur adverbialiter, eo quod non est ibi aliqua dictio que a parte post possit regere genitivum. Sed nullum nomen appellativum ponitur adverbialiter, nisi quatuor, scilicet rus, domus, humus et militia. Sed hoc nomen *vespera* est appellativum. Ergo non ponitur adverbialiter. Ad idem. Quotienscunque nomen positum adverbialiter ordinatur ad verbum significans motum ad quem, illud nomen ita ordinatum post tale verbum exigitur poni in accusativo. Sed hec dictio *vespere* ordinatur ad verbum significans motum ad quem, quod est *venit*, in quantum hoc verbum exigit terminum ad quem. Ergo hec dictio *vespere* exigitur poni in accusativo. Ergo deberet dixisse *venit vesperam*, vel *vespera*, ponendo ablativum, quia, in quantum *venio* notat reditum, exigit ablativum. Item quod non sit ablativi casus *vespere* sic probatur, quoniam, si sit ablativi casus, aut ponitur absolute aut ab aliquo regitur. Et quod non ponatur absolute sic patet. Unicus ablativus non ponitur absolute, nisi sit participium ab impersonali verbo descendens, ut ibi *dicto de regimine* et cetera [1]. Sed hec dictio *vespere* non potest esse huiusmodi ablativus. Ergo hec dictio *vespere* non ponitur absolute. Nec regitur. Probatio. Quotienscunque regitur ablativus, aut a parte principali regitur aut a parte non principali. Sed in locutione predicta non est pars principalis neque non principalis, a qua possit exigi. Sed quod non exigitur non regitur. Ergo nullo modo regitur. Ex hoc patet quod non sit ablativi casus. Ad hoc respondetur quod hec dictio *vespere* est ablativi casus vel genitivi, diversis tamen respectibus potest esse. Si sit itaque genitivi casus, tunc ponitur adverbialiter, ut supponebat argumentum. Ad illud obicitur quod nomina appellativa, exceptis quatuor . . . , non ponuntur adverbialiter. Respondendum est hoc esse verum secundum solitum usum artis. Sed sicut planum est, ultra solitum usum artis figurative loqui possumus aliquando. Et ideo est in hoc loco figurativa locutio. Ad illud obiectum quod post verbum significans motum a quo debet poni ablativus, dicendum est quod verum est, quando casuale quod sequitur illud verbum, dicit terminum motus ad quem vel a quo. Sed per hanc dictionem *vespere*, cum tempus significet, neque terminus ad quem neque terminus a quo designatur vel denotatur. Et sic patet quod illa ratio contra hoc nomen *vespere* sic positum non procedit. Non obstantibus ergo obiec-

[1] *C'est-à-dire :* dicendum est de constructione ; « après avoir traité du régime, traitons de la construction. »

tionibus supra dictis, hec dictio *vespere* adverbialiter potest poni sub hoc modo intelligendi : *Maria Magdalena venit vespere.* Per hoc quod dicit *venit*, denotatur motus exterior a parte corporis. Et quoniam post dictionem significantem [rem suam][1] in quiete genitivus quandoque ponitur adverbialiter, et quoniam ipsa iam venerat materialiter et spiritualiter, ut quies denotaretur a parte interiori sive a parte spiritus, ad hoc designandum ibi ponitur genitivus adverbialiter, sicut post verbum quod significat rem suam in quiete. Sic igitur, breviter intelligendo, ut denotetur motus exterior, hoc verbum *venit* ponitur hic, et, ut denotetur actus vel quies interior, genitivus ibi ponitur, ut ex junctura tali, que fit ac si verbum quietis esset ibi, quies interior valeat annotari. Nam, ut tactum est, genitivus post verbum quietis ponitur absolute . . . Secundum P. H[2]. . . ad nomen adverbialiter positum fit sepe relatio, ut si dicam : *Cesar est Rome, que est caput totius orbis.*

Si l'on demande comment le féminin *que* se rapporte à l'ablatif *vespere* (car « li *vespere* potest dici ablativi casus »),

Respondetur quod ibi est figurativa locutio. Non ad vocem sed ad rem fit relatio sub hoc sensu : *Vespere*, id est hora vespertina, *que*, in qua hora vespertina . . . Ad illud, quod obicitur de regimine et exigentia illius ablativi, dicimus quod sufficienter intelligitur prepositio ibi, que est *ex*, et ab illa exigitur ablativus, et supponit pro prima hora diei dominice. . . Nec debuit poni prepositio media inter le *venit* et le *vespere*, ad designandum quod hora illa immediate surrexit et venit.

§ VIII. — Datif.

(R 77 *ast obliquorum*) Agit . . . de regimine obliqui dicentis terminum substantie, et hic est dativus.

On rapportait les constructions du datif à la possession, à la relation et à l'acquisition, et, en général, à l'acquisition, comme Priscien l'avait déjà fait (XVIII, 24).

[1] *Omm. Codd.* — [2] Voir ci-dessus, p. 287.

Possession. — Les noms signifiant possession et parenté se construisent au datif avec le verbe substantif[1] :

(R 86 *possessum debes*) Cum bene dicatur *iste equs est Sortis, iste equs est Sorti,* queritur in quo differant iste constructiones[2]. Ad hoc dicendum est quod, cum possessor et possessio mutuam habeant inter se comparationem et respectum, alicui istorum erit terminus comparationis et respectus illius. Aut igitur illa comparatio fiet tanquam ad terminantem terminum, et hoc fit in acquirendo, et sic est dativus, ut *iste equs est regi.* Aut erit ibi relatio possessionis ad possessorem, in quantum possessor est causa et principium huius relationis, et sic possessor debet poni in casu dicente tale principium, et hic est genitivus . . . ut patet cum dicitur *populus regis, equs custodis.*

(*Ibid.*) Cum dicitur *Sor est pater Platonis,* comparatur unum relativum ad alterum, ut est principium alterius. Si vero dicatur *Sor est pater Platoni,* comparatur unum relativum ad alterum, prout est terminus terminans respectum alterius.

(R 86 *cum verbo*) Constructio dativi est transitiva. Sed constructio verbi substantivi intransitiva est. Quare substantivum verbum nichil confert ad constructionem dativi cum nomine designante possessionem. . . . . Dicendum est quod, licet constructio verbi substantivi sit intransitiva, nichil impedit ipsum facere ad constructionem obliquorum. Confert enim nomini possessivo comparationem, scilicet ut cui acquiritur, quam comparationem nomen ex se non habet.

Relation. — Les mots qui expriment une relation, comme *similis, dissimilis, hostis, vicinus,* les noms verbaux en *bilis* et en *dus* gouvernent le datif[3] :

(R 86 *possessum debes*) Relativorum quedam dicuntur ad aliquid[4], tanquam ad terminum. Unde exigunt illud ad quod sic dicuntur poni in tali casu dicente terminum substantie, et hic est dativus . . . Sed si dicantur re-

[1] Priscien, XVIII, 23.
[2] Cf. Priscien, XVIII, 11.
[3] Priscien, XVIII, 25-26.
[4] Expression de Priscien, XVIII, 23.

lativa tanquam ad causam sive ad terminum initialem, hoc potest esse dupliciter, quia[1] vel dicuntur ad aliquid, ut ad causam sive initium sine motu, [et sic id ad quod dicuntur debet poni in tali casu dicente initium sine motu][2], et hic est genitivus; . . . vel dicuntur ad aliquid, ut ad causam sive initium cum motu, et sic id ad quod dicuntur debet poni in tali casu dicente initium cum motu, et hic est ablativus.

Acquisition. — Ce régime comprend toutes les autres constructions du datif. Alexandre l'entend dans un sens plus restreint que la glose :

Dampnum significans aut utile pone dativo[3] :
Hic patri gratus, hostique gravis. Dare debes
Patri, si prosit, illud quod subtrahis hosti.
Istius regimen dabit acquisitio casus[4] :
Nobis est passus, qui nobis cuncta creavit.
Nobis surrexit, qui nobis tartara fregit.
Verbo sepe duos dabis acquirendo dativos :
Hec michi sunt lucro, vobis sunt cetera dampno[5].
Acquisita notes, quibus acquisita videto[6].
Sepe resolvis in *ab : huic visus, visus ab illo*[7].
Hiis preceptiva quartisve potes dare verba[8];
Iunges que *fari* signant aut *significare :*
Hec tibi clarifico, signo, vel *denoto, scribo.*
Erudio, iubeo, doceo, simul *instruo, disco,*
Ac *introduco* debes coniungere quarto;
Dum tamen acquiris, decet hec sociare dativis.
Obvius atque *viam, vio*[9], *ve*, simul *heu* quoque iungo.
Contigit, evenit, accidit, et *placet* adde dativis;
Et *libet* atque *licet, liquet* et *vacat* additur istis[10].

[1] quia *post* vel *Cod.*
[2] *Om. Cod. Tout ce passage manque dans ra.*
[3] Priscien, XVIII, 25.
[4] Priscien, XVIII, 24, 142.
[5] Priscien, XVIII, 38.
[6] R (glose interlinéaire) « *Acquisita* res acquisitas. *Quibus* ad opus quorum. »
[7] Priscien, XVIII, 133.
[8] Priscien XVIII, 45.
[9] *C'est-à-dire* obvio.
[10] Priscien, XVII, 91. XVIII, 51.

On discutait la question de savoir si le génitif et le datif, qui sont *transitivi personarum* et se construisent avec les noms, peuvent se construire avec les verbes, comme l'accusatif et l'ablatif, qui sont *transitivi actuum* :

(R 87 *istius regimen*) Videtur quod hec regula de genitivo et dativo nullatenus dari possit, cum genitivus significet rem ut est[1] principium, [dativus, ut est terminus][2] eius quod per modum substantie se habet. Sed verbum non significat per modum substantie, sed per modum agere vel fieri. Unde genitivus et dativus nunquam cum eo construentur. Item ad idem. Solus accusativus dicit rem prout est terminus actus, et ablativus, ut est principium eius. Sed solum tale quod sic significat, terminat transitionem verbi. Ergo solus accusativus et ablativus cum verbo congrue construentur. Item si hoc verbum *misereor* cum genitivo construatur, aut hoc erit ratione modi significandi verbaliter, aut ratione rei. Sed non ratione modi significandi, sicut patet ex rationibus supra dictis. Ergo gratia rei significate. Si hoc concedatur, contra. Cum in omni verbo intelligatur res verbi per nomen, sicut patet in hoc verbo *misereor,* tunc omne verbum ratione illius rei poterit construi cum genitivo, . . . quod falsum est. Nota quod, quamvis bene dicatur *misereor Sortis*, et sic bene dicatur *misericordiam Sortis habeo*, tamen non bene dicitur *lego Virgilii*, sicut *lectionem Virgilii facio* . . . . . Eodem modo potest dici de dativo . . . . . Dicendum est quod quedam sunt verba vehementis transitionis, que ratione modi significandi verbaliter et per modum fieri construuntur cum obliquis, et talia cum accusativo proprie et cum ablativo ordinantur. Quedam alia sunt, que non sunt vehementis transitionis, que solum ad modum nominis transeunt, hoc est non per verbalem naturam in eis existentem, sed per naturam rei verbi nominaliter intellecte cum genitivo et dativo construuntur; cuiusmodi sunt *misereor, noceo* et huiusmodi. Per hoc patet responsio ad primum et ad secundum similiter. Ad tertium dicendum est quod isti duo obliqui, quando cum verbis construuntur, ordinantur cum ipsa re verbi nominaliter intellecta, ut *misereor tui,* id est *misericordia tui tenet me, noceo tibi, nocumentum do tibi* . . . In quibusdam fit constructio ratione modi verbaliter significandi tantum, ut in hiis que sunt vehementis transitionis, in quibus-

[1] ut est — et *Cod.* ut *ra.* — [2] *Omm. Codd.*

dam ratione [rei][1] verbi tantum, ut in hiis que non habent vehementem transitionem, in quibusdam tamen ratione utriusque, ut in hiis que ratione modi significandi vehementem habent transitionem, et ratione rei sue se habent ut principium vel ut terminus ad aliam substantiam.

On distinguait différentes espèces d'*acquisitio* :

(R 87 *istius regimen*) Acquisitionum alia est substantialis, sicut illa que significatur, alia accidentalis, sicut illa que resultat ex coniunctione dictionum. Si sit substantialis, hoc est dupliciter : vel erit acquisitio commodi (*comme dans « hic patri gratus »*) vel incommodi (*comme dans « hosti gravis »*)... Si fiat acquisitio accidentalis designata, hoc potest esse dupliciter, quia vel erit acquisitio commodi (*comme dans « nobis est passus »*) vel incommodi (*comme dans « nobis sunt cetera dampno »*) . . .

On discutait ainsi la question du double datif :

(R 88 *verbo sepe*) Duo genitivi construi non possunt sine coniunctione media. Ergo neque duo dativi. Multo magis neque plures. Item cum secundum quosdam tres vel duo dativi construi possint adinvicem, queritur quare tot et non plures. Ad hoc dicendum est quod, quando due dictiones ordinantur cum eodem verbo ex eadem parte et per eandem naturam construendi, oportet quod ibi intercidat coniunctio copulativa media, et sic, quando duo genitivi construuntur, ut *pugna Grecorum et Troianorum exitio multis fuit*[2]. Sed quando duo dativi construuntur, hoc non est secundum eandem naturam construendi, et ideo non debet coniunctio intercidere... Dativus casus acquisitivus est, et ad acquisitionem tria requiruntur, scilicet acquirens, et quod acquiritur, et cui fit acquisitio; vel sic, cui fit illa acquisitio, et mediante quo, et respectu cuius, et non plura. Et ideo tres dativi et non plures possunt aliquando construi vel copulari, ut *argentum est michi cordi lucro*[3].

On raisonnait ainsi sur la construction du datif avec les verbes impersonnels :

(R 88 *contigit*) Queritur quare ista septem verba *libet*, *licet* et alia con-

[1] *Omm. Codd.*

[2] Cf. Priscien, XVIII, 37.

[3] Voir ci-dessus, p. 105, ce que la glose ajoute à ces considérations.

struuntur cum dativo. Et ex hoc queritur quare hoc verbum *iuvat* cum accusativo construatur. Nam in contrarium sic videtur. Omnis constructio aut est ratione significationis aut consignificationis. Cum ergo eadem significatio et consignificatio remaneat in istis verbis *placet* et *delectat*, videntur eandem participare constructionem. Quare si unum construitur cum accusativo, et reliqum. Quod est contra Priscianum[1] et actorem istum. Ad primum dicendum est quod ista septem et alia construuntur cum dativo ratione rei verbi. Nam veniunt ad commodum vel ad incommodum . . . Ad secundum dicendum est quod illa quatuor *iuvat* et cetera construuntur cum accusativo, quia significant passionem innatam intra substantiam patientem. Unde talia impersonalia comparari non habent ad substantiam in aliquo casu, nisi ad patientem. Casus autem significans substantiam in ratione patientis vel recipientis est accusativus . . . Ad illud quod obiciebatur in contrarium, dicitur quod falsum supponebat obiectio, quia *placet* et *delectat* non idem significant : quod patet per istas differentias. *Placere* enim proprie est secundum quod aliquis convertens in seipsum cognoscit seipsum esse bonum et iustum et huiusmodi, et hoc placet ei; et hec passio proprie innascitur per virtutem rationalem. *Delectari* vero fit per coniunctionem convenientis cum convenienti, ut patet in gustu, quia, cum aliquid dulce vel sapidum apponitur gustui, per illam coniunctionem que [movet][2] virtutem appetitivam, fit delectatio; et sic communiter delectatio est in nobis et in brutis, *placere* tamen non est sic. Et sic patet quod non idem significant ista verba.

§ IX. — Accusatif.

(R 87 *istius regimen*) Dicit rem prout est terminus actus. — (R 88 *accusativi regimen*) Casus proprius est activorum.

On rapportait la plupart des constructions énumérées par Alexandre à sept régimes:

(R 94 *qui minor est*) Ex vi sinodoches, ex vi gerundivi vel per naturam proprie significationis, ex vi infinitivi, ex vi transitionis, ex vi impersonalis

[1] XVIII, 51. — [2] *Omm. Codd.*

passive vocis descendentis a transitivo verbo, ex vi gerundivi consimiliter descendentis, ex vi supplementi partis principalis vel non principalis [1].

Ex vi synodoches. — Priscien avait dit (XVIII, 27) : « Accusativo quoque nominativi adiunguntur figurate, quando quod parti accidit, hoc toti redditur. . . . . ut *fortis dextram*, pro *fortem dextram habens;* » et (VIII, 24) : « Inveniuntur etiam quædam passiva. . . quæ figurate accusativo coniunguntur. . . cum totum pro parte pati significatur, ut. . . . . *cæcatur oculos.* » Du temps de Pierre Hélie on avait déjà essayé d'expliquer cette dernière construction par une ellipse; mais Pierre Hélie la rapporte à la synecdoque :

(N 64. VIII, 24. *Spec.* c. 80) Volunt quidam subaudiri *propter* prepositionem, ita scilicet ut accusativus non regatur a verbo, sed a prepositione. Sed errant. Si ergo queras que pars regit *aurem* (*dans « rumpitur aurem »*), dicemus *rumpitur*. Quare? quia passivum exigit accusativum, cum pro parte pati aliquid ostenditur totum. Et est figura que dicitur synodoche.

Au XIIIe siècle on raffinait davantage sur ces constructions, qu'Alexandre rapporte toutes à la *synecdoque :*

(R 89 *accusativi regimen*) Dicit Aristoteles [2] quod, si aliqua passio inest aliquibus, oportet quod insit illis per aliquod commune. Cum ergo nomen, verbum, participium, cum accusativo construantur per synodochen, oportet assignare aliquam communem constructionem sive naturam. Que sit illa, hoc habet questionem. ITEM. Nomen dividitur per substantivum et adiectivum. Cum ergo nomen adiectivum possit construi cum accusativo per

[1] On sentait que toutes les règles données par Alexandre ne rentraient pas dans ce cadre imaginé après lui (R 94 *qui minor est*) : « Cetera que dicuntur in littera non sunt regule, sed doctrine, sicut de hoc verbo *penitet* et de consimilibus. . . dicendum est. Et licet sic collecte sint regule, tamen per divisionem et ordinationem possent colligi, si quis vellet. »

[2] *De Gen. et Corr.* I, 7. 323 b 26 et suiv.

synodochen, multo fortius nomen substantivum. Vel dicatur quare non. Item. Si idem possit exprimi proprie per hanc constructionem *Sor est fortis dextera*, et per hanc improprie *Sor est fortis dextram*, ad quid utimur sermone isto improprio, hoc habet questionem. Vel dicatur differentia inter istos sermones. Item. In synodochica constructione pars significatur in accusativo, et totum in nominativo et aliquotiens in obliquo. Queritur ergo quare non potest fieri e converso, scilicet quod pars sit in recto, et totum in accusativo. Item. Cum alii obliqui sine figura possint construi cum nomine, queritur propter quid accusativus cum nomine propriam non potest habere constructionem. Item. Synodoche uno modo est figura locutionis, alio modo figura constructionis. Que sit differentia, hoc habet questionem. Ad primum dicendum est quod accusativus casus terminum motus significat. Et est duplex terminus motus, intra et extra. Extra est accusativus casus, intra est res verbi. Quia igitur passiva terminum actionis dicunt, terminum motus extra non respiciunt, sed intra. Quia ergo nomina et passiva verba et participia eiusdem sunt significationis et quedam neutra hanc naturam communicant, que est privatio respectus ad terminum extra, ideo communicant eandem constructionem impropriam cum accusativo. Ad secundum dicendum est quod nomen substantivum significat rem per se stantem et non participantem aliquo modo naturam successionis. Sed nomina adiectiva significant rem in dependentia et in respectu ad alterum, et ideo plus habent naturam successionis et motus quam nomina substantiva. Et ideo potius construitur nomen adiectivum cum accusativo quam substantivum. Unde dico quod in nomine adiectivo est quodammodo et diminutive significatio accidentalis verbi, vel in adiectione et determinatione [1], gratia cuius fit talis constructio cum accusativo. Ad tertium dicendum est quod hec constructio *Sor est fortis dextram* magis est expressiva sententie, quam ista *Sor est fortis dextra*. Hec tamen est magis propria, sed minus expressiva sententie, quia in synodochica constructione triplex exprimitur habitudo, scilicet habitudo partis materialis ad suum totum, habitudo cause efficientis respectu talis proprietatis existentis in suo toto, et exprimitur quod illa pars recipiat a suo toto quod sit causa proprietatis existentis in suo toto. Hoc expresse ostenditur in hoc exemplo, *Sor est fortis dextram*. Exprimitur enim habitudo dextre ad id cuius est dextra, sicut ad totum. Similiter exprimitur quod ipsa

[1] terminatione *Cod.* adiectione et determinatione — interiectione *ra.*

fortitudo sit in substantia totius per ipsam partem, et quod pars extra divisa non habeat quod sit causa proprietatis illius in toto existentis; ideo a toto recipit quod sit causa. Per ablativum autem duc habitudines solum designantur. Et ideo hoc sermone utimur improprio potius, quam alio, propter maiorem sententie expressionem. Et sic prima causa patet, quare oportuit fieri hanc figuram. Causa quare potest fieri sic est sumenda. Licet nomen adiectivum et verbum passivum aut absolutum aut participium consimilem habens significationem secundum naturam modi significandi et secundum ipsa principia construendi non possint[1] habere proprie constructionem cum accusativo, tamen, quia hec predicta accidens significant, cum accidens sit inclinative nature et dependentis, ideo supra dicta ratione accidentis se habentis in dependentia, ad accusativum, qui casus est receptivus, aliquantulum, si non tamen proprie, se inclinant, ratione cuius inclinationis et dependentie constructionem habent cum ipso. Ex iam dictis patet solutio AD QUARTAM OBIECTIONEM, quare in tali constructione pars ponitur in accusativo, et non in alio casu. Causa huius est quod pars recipit a toto quod sit causa proprietatis in eo existentis. Et quia terminus in ratione recipientis proprie debet esse in accusativo, ideo pars est in accusativo, et non in alio casu. Per hoc solvitur quia pars non potest poni in nominativo, et totum in accusativo. Et hoc est quia totum non recipit a parte quod sit causa illius proprietatis, sed pars recipit a toto. Ideo totum non potest poni in accusativo, neque pars in recto. AD ALIUD dicendum est quod accusativus substantiam significat in ratione recipientis actum. Unde accusativus proprie convenit activis per naturam transitus et modi actus. Et quia, mediante illo modo actus, verbum differt a nomine, ideo nomen cum nomine in accusativo non congrue neque proprie potest construi. Constructio autem que est in aliis obliquis, est secundum naturam et modum communem ad minus, cum est in nomine et in verbo. Sed si dicatur quod ablativus proprius est passivorum, dicendum est quod hoc est verum secundum ipsius habitudinem specialem... AD ULTIMUM dicendum est quod synodoche secundum quosdam est figura constructionis, quando illud quod est partis attribuitur toti... Sed synodoche figura locutionis solum est, quando quod est totius attribuitur parti, ut *bonus animus uxoris mee nuptus est michi*[2]. Hoc modo

[1] possunt *Codd.* — [2] Priscien, VIII, 2.

est tropi species. Sed sub sintosi[1] secundum Priscianum comprehenditur, et sub sylempsi[2] secundum Donatum, prout est figura constructionis.

Ex vi gerundivi vel per naturam proprie significationis. — Suivant Priscien (VIII, 24), « quædam passiva. . . figurate accusativo coniunguntur, cum videantur agere ipsi ad quos passivum refertur verbum[3]; » ce que Pierre Hélie a commenté ainsi :

(N 64. VIII, 24. *Spec.* c. 80) Dicitur *doceor gramaticam*, quia in illa passione intelligitur actus discendi. Si queris que pars regit *gramaticam*, dicemus *doceor*. Quare? quia passivum construitur cum accusativo, cum in passione intelligitur actio.

Alexandre dit que les deux accusatifs régis par *doceo* sont régis par les deux verbes dont le sens est contenu dans *doceo*, et dont l'un peut être exprimé par le gérondif, qui continue à régir l'accusatif, lorsque le verbe est mis à la voix passive; et il commente ainsi lui-même son exemple :

Dico magistram
Discipulos mores placidos de iure docere.
Infinitivi natura regit preeuntem.
Doctrinam capiens regitur vi transitionis,
Hocque gerundivum *tradendo* dic ibi clausum,
Cuius vi regitur casus, qui non variatur,
Dum per passivi vocem volo dicta resolvi.
Aut illic positi regit hunc vis propria verbi.

Ainsi *discipulos* est régi par *docere, vi transitionis; mores pla-*

[1] silempsi *Cod.* sinthesi *ra.* — Priscien, en disant que *nudus pedum, cæcatur oculos*, sont des locutions figurés, ne donne nulle part de nom à cette figure.

[2] scemate R. — Ce que Donat appelle *syllepsis* (p. 1773 P) n'a rien de commun avec la figure que les grammairiens du moyen âge appelaient *synodoche*, sans doute à cause d'une certaine analogie avec le trope appelé *synecdoche*. (Donat, p. 1776 P.)

[3] Priscien donne une autre explication, XVIII, 133.

cidos est gouverné par *tradendo*, dont le sens est compris dans *docere*, et reste à l'accusatif, si l'on tourne par le passif: *discipuli docentur a magistro placidos mores*. Ou bien *mores placidos* dépend de la *signification* (vis propria) du verbe; et, comme dit la glose (R 90 *multotiens*) : « Secundus accusativus construitur cum re verbi appositive et intransitive. Unde sensus est : *doceo te gramaticam*, id est *doceo te doctrinam gramaticam*. Sed potius intellige primo modo; » c'est-à-dire en sous-entendant *tradendo*, ce que la glose développe de la manière suivante :

(R 89 *multotiens*) (Verborum) adiectivorum quedam exigunt in quid agant et quid, quedam solummodo in quid. Unde illa verba que solum exigunt in quid agant, ... cum uno accusativo construuntur. Sed verba significantia actionem exigentem quid et in quid cum duplici accusativo construuntur. . . . . Aliter potest dici. Verborum quedam significant actum solum, quedam et alium actum ex consequenti habent, ut *doceo te gramaticam*. Ratione primi actus construitur istud verbum cum primo accusativo, ratione secundi cum secundo. Ista eadem verba conversa in passionem mutant principium et principalem actum in naturam passivi, gratia cuius cum ablativo construuntur, sicut alia passiva. Nichilominus eadem verba sic effecta passiva retinent illum actum, quem habent ex consequenti; ratione cuius actus ipsa passiva cum accusativo ultimo, sicut et primitus, constructionem retinent.

Ex vi transitionis. — Alexandre rapporte à ce régime les constructions suivantes :

Accusativis data per vim transitionis,
Si vox concordet activa, frequenter habebis.

L'auteur met ici en vers ce que dit Priscien (XVIII, 151) de la construction de l'accusatif avec des verbes comme *trepido*, *horreo*. Il est singulier que ni ici ni ailleurs, si ce n'est incidemment à propos d'un exemple particulier (*doctrinam ca-*

piens regitur, etc.), il n'ait parlé de la construction *ex vi transitionis,* qui était considérée comme la principale de l'accusatif. Michel de Marbais :

(X 12 v°) Accusativus significat sub ratione termini, ut patet dicendo *video Sortem.* Nam *Sortem* significatur tanquam id ad quod terminatur visio. Propter quod in hoc verbo *video* reperitur modus significandi correspondens illi accusativo. Et ex istis duobus modis significandi causatur constructio transitoria.

La glose *Admirantes* introduit pourtant l'idée de ce régime dans les vers d'Alexandre (R 90) : « *Si vox concordet,* id est si respectus verbi sit talis, quod exigat terminari per accusativum; quod dicitur propter absoluta. »

Le composé se construit parfois avec le cas que gouverne l'une de ses parties. Ainsi *exire,* que la glose analyse par *extra ire,* régit l'accusatif *penates,* dans *vis exire penates.*

Cinq verbes impersonnels, *penitet, tedet, miseret, piget, pudet,* et les verbes qui signifient *accuser, condamner,* gouvernent l'accusatif et le génitif,

Natura primum, sed transitione secundum,

c'est-à-dire l'accusatif, *ex vi transitionis,* le génitif *ex vi nature verbi,* par l'action que signifie le verbe et qu'exprime le substantif dont le sens y est contenu[1] :

(R 90 *penitet*) Videtur... quod potius deberent construi cum ablativo et nominativo, quia iste genitivus *peccati,* cum dicitur *penitet me peccati,* dicit substantiam prout est principium actionis importate per hoc verbum *penitet,* et ita debet poni in nominativo; et iste accusativus *me* dicit substantiam prout est principium passionis, et ita debet poni in ablativo... Item quod substantia importata per hunc accusativum *me* debet esse in nomi-

[1] Cf. Priscien, XVIII, 59-60.

nativo videtur. Res enim importata per hunc casum *me* est substantia in qua est res huius verbi *penitet*. Cum ergo nominativus dicat actus suppositum, sic debet dici *penitet iste hac re*. . . Ad primum dicendum est quod illa quinque verba... cum genitivo et accusativo construuntur, et non cum aliis casibus, quia ista verba significant passionem innatam intra substantiam patientem, secundum quod aliqua res exterior est via et occasio ad illam passionem innatam [1]. Cum ergo substantia, in ratione qua est substantia patiens, construatur cum accusativo, ista quinque verba debent construi cum accusativo. Ad substantiam autem que est via ad istam passionem, comparari habent in illo casu qui significat viam vel occasionem ad passionem. Hic autem est genitivus. Nam genitivus casus est generans; unde substantiam significat sub ratione generationis. Et quia generatio est via quedam ad esse alterius, ideo construuntur cum genitivo... Ad ultimum dicendum est quod. . . nominativus. . . construitur mediante numero et persona, quibus verbum impersonale privatur.

On analysait ainsi d'après Priscien : « Penitentia peccati habet me. »

(R 90) Verba accusationem vel dampnationem significantia, ut *accuso, arguo, dampno*, ratione nature et transitus verbalis construuntur transitione actuum cum accusativis, sed ratione rei verbi in eis nominaliter intellecte construuntur cum genitivis transitione personarum. Et hoc est explicite per talem explicationem, ut si dicam *dampno te sceleris*, id est *ratione sceleris te gravo* vel *ledo*, vel si dicam *accuso te sceleris*, id est *accusatione sceleris te gravo*.

Ex vi supplementi partis principalis. — Les verbes intransitifs employés transitivement gouvernent l'accusatif [2] :

Verbaque sumpta foris : *Christi bonus ardet amorem.*

(R 91 *verbaque sumpta*) In quantum prenotata est translatio, figura tropi poterit ibi assignari. Rursus in quantum est ibi alia improprietas in principiis construendi, eo quod illud verbum transitione caret naturaliter, et

[1] Cf. Priscien, XVIII, 59. — [2] Cf. Priscien, XVIII, 128-129, VIII, 13.

est ibi secundum Donatum[1] silempsis figura scematis. Ratio quare potuit fieri procedit ex eo quod per inclinationem verbi ad accusativum sequentem datur intelligi illud verbum transitive poni et in ratione transitivi. Causa quare oportet fieri est plenior expressio intellectus. Nam magis expresse dicitur *ardet*, quam si diceretur *diligit*[2].

Ex vi impersonalis passive vocis descendentis ab transitivo verbo, ex vi gerundivi consimiliter descendentis. — Les verbes impersonnels et les gérondifs qui viennent de verbes transitifs se construisent avec l'accusatif :

Matheum legitur. Psalmos erat ante legendum.

Pierre Hélie connaissait déjà ces constructions, dont la dernière, qui se rencontre à l'époque classique[3], avait sans doute conduit par analogie à admettre l'autre :

(N 71. VIII, 45. *Spec.* c. 89.) Queritur, cum dicitur *legendum est Virgilium* et similia, cum quo construitur. Cum enim sit accusativus, non videtur posse construi cum *est* verbo transitive. Queritur itaque cum quo construatur ibi hoc verbum *est*. Et dicunt quidam quod, licet *legendum* sit accusativi casus, ex vi tamen gerundivi construitur cum *est* intransitive, et cum accusativo *Virgilium* transitive. Alii vero dicunt quod *legendum* ibi ponitur impersonaliter, et non cum *est* verbo intransitive construitur. Alii etiam dicunt quod totum hoc, scilicet *legendum est* ponitur pro uno verbo et construitur transitive cum accusativo *Virgilium*. Incurret tamen illa questio cum quo construatur *est*. Et ideo prima sententia prevalere videtur.

Voici comment il justifie la construction *legitur Virgilium* :

(N 72. VIII, 50. *Spec.* c. 91) Illud quoque diligenter attendendum est, quod verbum impersonale passive terminationis preter illam constructionem quam habet cum ablativo, interposita prepositione, exigit etiam

[1] P. 1773 P. La syllepse de Donat n'a aucun rapport à cette construction.

[2] (GG 32) « *Ille ardet mulierem*, id est *ardenter amat.* » Le verbe *amat* est la *pars principalis* qu'il faut sous-entendre.

[3] Priscien, XVIII, 63.

eundem obliquum quem et verbum perfectum a quo descendit. Unde videtur posse rationabiliter dici *legitur ab isto Virgilium.* Quod inde est, quia *legitur* significat eundem actum quem et *lego,* suum verbum perfectum.

Au XIIIe siècle, on considérait *legendum* comme un accusatif dépendant de *ad* sous-entendu (R 92 *Matheum legitur*) : « Istud gerundium, quod est accusativi casus, exigitur ab hac prepositione *ad* intellecta. » On raisonnait sur *Virgilium legitur* de la manière suivante :

(R 91 *que sine persona*) Omne verbum regulare est aut activum aut passivum aut neutrum aut deponens aut commune. . . . . Ergo habet verbi significationem essentialem verbum impersonale passive vocis, sicut verbum a quo descendit. Ergo significat actionem per modum actionis. Quare competenter dicitur *legitur Virgilium.* ITEM dicit Priscianus [1] in fine secundi Minoris quod cum quocunque construitur indicativus, et quilibet inflexus ab eo. Sed hoc verbum *lego* construitur cum accusativo. Ergo hoc verbum *legitur*. . . . . ITEM quicquid contingit intelligere, contingit significare. Sed contingit significare in gallico exponendo *l'en lit Virgile.* Quare et sic *legitur Virgilium*. . . Sicut in participio due sunt nature, scilicet natura nominis et natura verbi, et propter hoc construitur participium sicut nomen et verbum, eadem ratione in verbo impersonali passive vocis sunt duo, natura actionis et modus passionis. Ergo verbum impersonale passive vocis poterit construi cum accusativo ratione sue significationis vel actionis, et cum ablativo gratia modi significandi per modum passionis. . . . . QUERITUR. . . quare impersonale passive vocis, cum significet actionem, potius ponitur sub passiva voce quam sub activa. Ad quod dicendum est quod verbum impersonale passive vocis a verbo activo descendens significat fieri ipsius actionis. Unde illud fieri, in comparatione ad illud cuius est fieri, passio est et habet modum passionis. Eadem res [2] per comparationem ad terminum recipientem eius dependentiam a parte post habet modum actionis. Cum ergo essentialior sit comparatio actionis ad suum fieri quam ad terminum recipientem ipsam, ideo dico quod potius talia ponuntur sub

[1] XVIII, 69. — [2] actio *Cod.* ratio *ra.*

voce passiva quam sub voce activa..... Oportet duas resolutiones assignare. Sed prima est per comparationem ad ipsam actionem [1]; ergo necesse est secundam comparare per modum actionis ad terminum recipientem ipsam. Cum ergo secundum primam resolutionem habeat constructionem passivorum cum ablativo, quia bene dicitur *lectio fit a me*, ergo per secundam resolutionem constructionem habebit activorum. Quare patet quod, cum duplex fiat resolutio, uno modo sic *legitur*, id est *lego* vel *indico me legere*, alio modo *legitur a me*, id est *lectio* vel *legere fit a me*, quantum ad primam expositionem *legitur* competenter potest construi cum accusativo, et non quantum ad secundam..... Quod autem talia impersonalia servent activorum constructionem patet per Ovidium in libro tertio [2] sic dicentem : *Precipueque velim celari Thesea, ne te Participem culpe gaudeat esse sue.* Sensus istorum versuum est quod Ariadna, primo a Theseo, postea a Bacho derelicta, petebat et affectabat ne Bachus hanc ultimam destitutionem Theseo revelaret..... Si isti versus secundum hanc sententiam exponuntur, aperte videbitur intuenti quod, si hoc verbum *celari* ibi positum accipiatur pro infinitivo passivi, iste accusativus *Thesea* nec a parte ante nec a parte post cum eo habebit constructionem, quoniam utraque constructio prenotate sententie repugnaret. Ex quo non potest teneri in infinitivo passivi, relinquitur [3] esse tenendum potius [4] predictum verbum in infinitivo verbi impersonalis sub [5] modo significationis active sub hac forma : *Velim celari Thesea, fraudem tuam* supple.

Accusatifs construits avec les verbes qui signifient demander, cacher, habiller. — Alexandre explique le double accusatif construit avec les verbes *postulo, posco, peto, rogo, flagito, celo, exuo, induo, calceo, cingo,* comme celui de *docere.*

Accusatifs divers. — Les mots qui signifient *ornement, espace, durée,* se construisent à l'accusatif avec les verbes signifiant les actions qui s'y rapportent [6] : *te vesti tunicam; perges millia septem; moror totam noctem.*

[1] Priscien, XVII, 68. XVIII, 56.
[2] *Fast.* III, 491.
[3] relin *Cod. Cette explication manque dans ra.*
[4] post *Cod.*
[5] hoc *add. Cod.*
[6] Priscien, XVIII, 246. 267.

L'accusatif qui exprime le genre de vie dans *vive Deum* pour *vive divine* était considéré comme un accusatif absolu :

> Sepe regente caret vite modus, idque probato :
> *Vir bone, vive Deum, sic vives secula cuncta*[1].

Pierre Hélie connaît cette construction :

(*nb* 140. XVII, 83) Dicemus quod vocat[2] (absoluta) verba perfecta, eo quod, cum obliquos non exigant, perfectum sensum faciant per se, id est sine obliquis posita. Nec tamen negat quod hec ipsa quandoque accipiant obliquos, sed figurate et nunquam proprie, ut *ille vivit asinum*[3]. Unde non ait quod obliquos non assumerent, sed potius quod eos non desiderent, id est ex vi sua non exigant.

(*nb* 148 v°. XVIII, 137) Est autem figura in hoc quod nomen ponitur pro adverbio. Est enim sensus *vivit asinum*, id est *asinine*. Que pars exigit *asinum? vivit.* Quare? Quia est verbum absolutum et exigit accusativum figurative. Posset tamen dici quod ille accusativus a nullo ibi regitur, quemadmodum adverbium pro quo ibi ponitur.

Au XIIIe siècle on expliquait la figure suivant la méthode ordinaire :

(R 92 *vir bone*) In hac locutione duplex natura reperitur. Nam in quantum ille accusativus *Deum* ponitur pro determinatione adverbii, quando ponitur pro *divine*, natura tropi est ibi. Sed in quantum illud verbum quod est *vive*, proprie cum accusativo construi non potest, ibi est figura constructionis. Causa igitur quare potuit vel potest fieri est [quod][4] hoc verbum *vive* intransitivum de se, per comparationem et ordinationem eius ad accusativum in locutione expressum, naturam vel modum vel constructionem verbi transitivi faciliter dignoscitur assumpsisse. Causa quare oportuit fieri est

[1] La glose *Admirantes* dit (*ra* 39) que l'accusatif *secula cuncta* est gouverné *ex vi supplementi partis non principalis*, sans expliquer comment. Mais une autre glose donne cette explication ; on sous-entendait *per* (G G 32 v°) : *vives secula cuncta*, id est *per cuncta secula.*

[2] Priscien, XVII, 83.

[3] Boëce, *Consol. philosoph.* (*opp.* p. 929).

[4] *Omm. Codd.*

plenior et brevior expressio intellectus vel sententie. Nam loquens volebat alium hortari ad bene vivendum, ut Deus post ipsius bene vivere esset receptus eius in mente immediate. Ut igitur signa tali intellectui responderent, oportuit quod dictio notans Deum poneretur in casu dicente substantiam recipientem, et hic est accusativus. . . . . Item oportuit quod ille accusativus immediate poneretur vel subiungeretur huic verbo *vive*.

Construction de différents verbes avec l'accusatif[1].

Hiis *obliviscor* iunges *meminique*, *recordor*.
Hiis iungas *iuvat*, atque *decet*, *delectat*, *oportet*.

Accusatif construit avec les interjections.

O que sibi quartum solet, *heu* quoque, iungere casum.

(R 92 *oque sibi*) Hoc adverbium *o* exigit accusativum, mediante tamen verbo subintellecto, ut *o viram ineffabilem*, intelligitur *dico*.

(R 93 *heu quoque*) Significatio interiectionis prius est affectus mentis, et postea conceptus. Si ergo debeat hic affectus exprimi, aut exprimetur quia affectus et conceptus, aut quia affectus solummodo. Si primo modo, sic debet exprimi. . ., ut hic *proh dolor. . .;* per interiectionem significatur ut affectus, per nomen ut conceptus, et sic interiectio ordinatur ibi cum nominativo. . . Si autem debeat exprimi ut affectus solummodo, aut exprimetur affectus in se, et sic solummodo per interiectionem, ut *heu*, aut in comparatione ad subiectum in quo est; et hoc dupliciter, aut secundum quod aliquid acquiritur subiecto, et sic cum dativo habet ordinari, aut secundum quod terminatur ad subiectum, prout est recipiens et patiens, et sic habet ordinari cum accusativo.

Ex vi prepositionis. — Nous rapporterons plus bas ce que la glose dit de cette construction.

Accusatif construit comme sujet du gérondif. — Pierre Hélie ne parle pas encore de cette construction, que mentionne

[1] Priscien, XVIII, 51, 216, 187.

Alexandre ; l'accusatif *sillogizantem* est sujet du gérondif *ponendum* dans *sillogizantem ponendum est terminos :*

> Huncque gerundivis casum veteres posuere
> Ut supponentem. Quod multorum tenet usus.

(R 93 *huncque gerundivis*) Hic recitat actor opiniones quorundam veterum, qui dicebant accusativum posse supponere gerundivis, et introducebant hoc exemplum *sillogizantem ponendum est terminos* . . . . . Queritur . . . . . cum quo construitur hoc gerundivum *ponendum*. . . . . Dico quod substantia quedam infinita, que finitatur per subsequens, reddit suppositum verbo substantivo, et hoc participium *sillogizantem*, cum hoc quod est *ponendum terminos*, construuntur cum verbo substantivo a parte post. Sed hoc videtur esse falsum. Omnis constructio aut est transitiva aut intransitiva. Sed ista constructio non est intransitiva, quia omnes obliqui sunt transitivi. Ergo est transitiva. Aut est ergo transitiva actuum aut personarum aut prepositionum. Non actuum, quia hoc verbum *est* non significat actum ut actum; neque personarum, quia non est hec talis constructio, sicut cum dicitur *capa Sortis;* neque prepositionum, quia non est sensus *ad sillogizantem ponendum est terminos*.... Ad hoc dicendum est quod hoc totum *sillogizantem ponendum*[1] *terminos* construitur a parte post. Unde li *sillogizantem* construitur cum verbo substantivo a parte post. Et argumenta concedo que probant quod non poterat construi a parte ante cum gerundivo vel cum hoc verbo *est*. Unde notandum est quod duplex est alteratio. Quedam est a qualitate contraria ad contrariam sensibilem[2], subiecto eodem mediante; et hec est species motus. Alio modo fit alteratio, que exit ab ocio in actum, ut fit in substantia habente aliquid in habitu, quando reducit illud ad actum; et hoc proprie non est species motus, sed est quasi mutatio. Cum ergo omne illud quod contingit intelligere, contingit significare, oportet quod per sermonem significetur exitus ab ocio in actum. Et quia hoc verbum *est* verbum epracticum[3] est, ideo dicit exitum ab ocio in actum. . . . . Exitus autem ille fit, mediante prepositione posita vel subin-

[1] est *add. Codd.*

[2] sensibile *ra* contrariam sensibilem — sensibiles R.

[3] empraticon *Cod.* epraticum *ra.* Voir ci-dessus, p. 108.

tellecta[1]. Quia ergo gerundia et participia significant actum, prout est passibilis ad receptionem prepositionis per appositionem, ideo illa constructio fit, mediante prepositione, in gerundio et in participio, et non in alia parte orationis. Et quia actus [qui][2] per participium et gerundium denotatur, est in tali constructione in ratione termini, terminus autem in ratione termini per accusativum[3] significatur, ideo illa constructio fit in accusativo. . . Patet ergo quod hec constructio est transitiva prepositionum. Prepositio enim intelligitur sufficienter. Et non oportet quod vocetenus exprimatur extra propter immediatam termini ordinationem ad actum et ocii ad actum.

Accusatif absolu. — On considérait comme absolu l'accusatif de lieu, qui était adverbial pour Priscien (XV, 8-9) :

> Sepe regente loci nomen caret, ut *Babilonem*,
> *Rus*que, *domum*, vel *militiam rex vadit humum*que.

Ex vi infinitivi. — Alexandre ne dit nulle part dans ce chapitre que le sujet de l'infinitif doive être mis à l'accusatif. Il y fait seulement allusion quand il dit *Infinitivi natura modi sociatur,* et dans le chapitre IX, où, après avoir parlé de la construction de l'infinitif avec beaucoup de verbes, il ajoute :

> Addere multa potes quarto casu preeunte.

Et encore a-t-il voulu parler de la construction où l'infinitif et l'accusatif qui lui est uni dépendent d'un verbe transitif, construction dont parle Priscien (XVIII, 45). Nulle part, non plus que Priscien, il n'a parlé de la construction où l'infinitif avec l'accusatif est sujet d'une proposition, comme dans *bonum est nos hic esse.* Pourtant cette construction était déjà discutée du temps de Pierre Hélie :

(N 125 v°. XV, 11. *Spec.* c. 167) Dicunt plerique quod *necesse* est adverbium primitivum et videtur dictum a nomine, quod est necessarium.

[1] Cette préposition est *ad.* Voir ci-dessus, p. 303.

[2] *Omm. Codd.*

[3] actum *Codd.*

Michi tamen videtur magis quod *necesse* nomen est indeclinabile, tum quia semper eget tertia verbi persona, tum quia non erit nominativus cum quo construatur *est* verbum, cum dicitur *necesse est Socratem esse animal*, nisi *necesse*, cum quo iungitur, nomen esse dicamus. Sed sunt dialectici quidam nimis simplices, qui contendunt totum hoc *Socratem esse animal* poni pro nominativo et loco nominativi construi cum *est* verbo. Sed dico : erit igitur hoc quod dicitur *Socratem esse animal*, nomen dicti, ut fiat sermo de dicto, et sic non erit modalis propositio. Illam enim modalem que est *necesse est Socratem esse animal*, resolvit sic Aristóteles *Socrates ex necessitate est animal*, ut illa modali non de dicto, sed de Socrate fiat potius sermo. Quero itaque in modali sic intellecta cum quo nominativo *est* verbum construatur. Nec habebunt, ut credo, quid rationabiliter proferant, nisi, ut dictum est, *necesse* nomen esse indeclinabile dicant.

Ailleurs il recherche si l'infinitif gouverne l'accusatif :

(*nb* 149 v°) Dubitaverunt etiam antiqui cuiusmodi esset constructio hec *bonum est nos hic esse*, quia *nos* ibi est accusativus casus; et queritur a quo regatur. Dixerunt ergo quidam quia *nos* ibi est absolutus accusativus et a nullo regitur; sicut enim ablativus quandoque absolute ponitur, sic et accusativus. Quod autem accusativus absolute ponatur, hoc nunquam inveni. Quoniam autem Priscianus diversitates constructionum inquirit, inter quas nunquam ponit hanc accusativi constructionem, ideo non adquiesco eis. Dixerunt alii quod iste accusativus, scilicet *nos*, regitur ab hoc nominativo *bonum* eo genere constructionis quo dicimus *iste est bonus animam*[1]. Alii vero dicunt quod non est ibi querendum a quo regatur *nos*, quia non regitur per se ab aliquo. Immo hoc totum *nos hic esse* ponitur pro uno nominativo, et ille nominativus regitur ab hoc verbo *est*. Sed tamen *nos hic esse* imperfecta oratio est. Oportet ergo ut dictiones aliquo modo inter se construantur. Itaque *nos* cum hoc verbo *esse* construitur. Ideoque necesse est dicere quod ille infinitivus regit illum accusativum hac scilicet regula, quod omne infinitivum ex vi infinitivi preter constructionem sui verbi exigit accusativum.

On était plus subtil au XIIIe siècle :

(R 107 *addere multa*) *Constat me legere. Certum est me legere.* . . . Dicitur

[1] Cf. Bopp, *Vergleichende grammatik*, §§ 880-881.

quod ille accusativus construitur cum infinitivo intransitive a parte ante. Sed hoc VIDETUR esse falsum. Constructio a parte ante est mediante numero et persona. Sed verbum infinitivi modi caret numero et persona. Ergo non potest construi cum accusativo a parte ante. ITEM obliqui transitivi sunt. Ergo cum accusativus sit obliquus, accusativus habebit constructionem transitivam. Et ita non construetur intransitive a parte ante. ITEM QUERITUR quare verbum infinitivi modi potius intransitive construitur cum accusativo, quam cum alio casu. AD PRIMUM horum dicendum est quod verbum infinitivi modi non privatur omnino numero et persona. Et ideo habet comparationem ad substantiam a parte ante, et habet in se primam et secundam personam et tertiam sub confusione. Unde vult Priscianus [1], in fine capituli de figurativis locutionibus, quod, quando adiungitur infinitivus verbo prime persone, tunc est prime, quando verbis secunde, tunc est secunde, et sic deinceps. Et dico quod modus infinitivus et talis casus, ut accusativus, sunt principia per se completiva illius constructionis, et quodammodo tamen sunt numerus et persona. AD SECUNDUM dicendum est quod licet accusativus sit transitivus, potest tamen habere constructionem intransitivam. Potest enim considerari dupliciter : aut secundum rationem quam habet ad verbum precedens, cuius motum recipit et terminat, et secundum hoc dicitur transitivus; aut potest considerari secundum comparationem immediatam ad verbum subsequens, tanquam subiectum in quo radicatur actus verbi sequentis, et secundum hanc comparationem est intransitivus. Ad hoc ergo quod obicitur quod obliqui sunt transitivi, hoc intelligitur secundum comparationem quam habent ad precedens, a quo reguntur. AD TERTIUM dicendum est quod rectum et obliquum sunt opposita. Sed sic est quod si oppositum in opposito, et propositum in proposito. Cum ergo verbum indicativi modi exigat nominativum, et hoc ratione modi finiti, et verbum infinitivi modi exiget maxime obliquum, et ita accusativum, in ratione modi infinitivi [2].

[1] L'assertion attribuée ici à Priscien est contenue implicitement dans XVII, 185-186.

[2] Cette solution est présentée sous une autre forme dans (*rc* 77 v°) : « Solvit glosa (*la glose* Admirantes) sic : sicut oppositum in opposito, et propositum in proposito... Sed sicut verbum finitum petit casum finitum ante se,... ita verbum infinitum, id est infinitivus, petit casum infinitum ante se. Sed inter omnes casus accusativus est magis confusus et infinitus, quia potest construi cum adiectivis et verbis neutris absolutis et passivis et eorum participiis. »

§ X. — Ablatif.

(R 87 *istius regimen*) . . . Dicit rem . . . . . ut est principium (actus). — (R 94 *ablativorum regimen*) Proprius est passivorum.

On rapportait les règles données par Alexandre à six régimes principaux : L'ablatif est régi *ex vi gradus comparativi, ex vi excessus, ex vi cause ad causatum vel ad effectum, ex vi demonstrationis essentie, ex vi carentie, ex natura prepositionis* (R 99 *hos casus de pre*); enfin il y a l'ablatif absolu.

Ex vi gradus comparativi, ex vi excessus. — Alexandre a réuni dans le même exemple ces deux régimes [1] :

Ditior est auro sapiens Salomone Sibilla.

On admettait, sans doute à cause de l'expression *gradus*, une sorte de mouvement dans l'idée de comparaison. Alexandre dit (ch. III) :

Hunc gradibus ternis qui comparat ire notabis.

Et on lit dans la glose :

(R 30 *hunc gradibus*) Non sunt nisi tres gradus comparationis, quia in comparatione est quidam motus, et in motu non sunt nec debent esse nisi tria, scilicet primum, medium et ultimum.... In comparatione fit quidam ascensus vel descensus.

C'est par là qu'on expliquait la construction de l'ablatif avec le comparatif :

(R 95 *ablativorum regimen*) Sicut vult Aristoteles [2], quando motus est in termino, tunc non est motus; sed quando est in fieri, tunc est motus. Cum ergo comparativum consignificet rem suam ut in fieri, et ablativus dicat [3] principium rei existentis in fieri, ideo construitur ablativus cum comparativo . . . . . Aliter potest dici quod ablativus casus dicitur ab auferendo. Unde ablativus est proprie Romanorum, ut dicit Priscianus [4]. Et hoc patet

[1] Cf. Priscien, XVIII, 32.

[2] On trouve quelque chose d'analogue dans *Phys. auscult.* VIII, 9. 265 a 31. 32.

[3] fieri ut *add. Cod.* fieri vel *add. ra.*

[4] V, 75.

per litteram : Romani, in quantum possunt, auferunt ab hostibus eosque deserunt spoliatos. Unde dicitur ablativus, aut quia notat rem que aufert, ut patet, quando fit comparatio secundum minus, aut significat rem a qua aufertur, ut patet, quando fit comparatio secundum maius. Quia ergo substantia excessum terminans similiter comparatur, ideo potius fit comparatio sive constructio in ablativo, quam in alio casu.

(R 95 *est ablativus*) Unum comparativum potest construi cum diversis ablativis, sed diversis respectibus et habitibus. Cum uno construitur ex vi comparationis, et cum alio ex vi excessus quantitatis... Secundum actorem istum et secundum opinionem doctorum supra Priscianum constructio ultimi ablativi fit ex vi excessus quantitatis. Sed quoniam Priscianus hanc specialem vim regiminis non assignat, secundum ipsum et expositores ipsum sustinentes in hac parte reducitur illa constructio ad constructionem que fit ex vi effectus.

Ex vi cause vel effectus. — On rapportait à ce régime les constructions suivantes :

Remque notans fieri regit id quo res ea fiet[1] :
Orator verbis vincit, vir bellicus armis.
Mobile[2] mensuram designans addere debes :
Longum sex pedibus signum latumque duobus.
Verbum materiam, causam[3], spacium[4], pretiumve
Aut tempus[5] signans ablativos regit horum
Que predicta notant, ut *frenum fabricat ere.*
Ista pudore tacet. Stadiis sex distat ab urbe.
Nocte morans tota panem nummis tribus emi.
Nomen eis adiunge, modum quod signat agendi :
Accentu plura proferre solemus acuto.
Sepe potestatis nomen subiungitur istis :
A, rex Iherusalem domini dono, B salutem.
Synodochen iungas, ut *vultu virgo decora.*
Ornatum subdas : *Indutus vestibus albis.*

[1] Priscien, XVIII, 135.

[2] Ce terme désigne l'adjectif qui change de terminaison, suivant le genre, par opposition au substantif (*fixum*).

[3] Priscien, XVIII, 135.

[4] *Id. ibid.* 267.

[5] *Id. ibid.* 272.

La glose ramène toutes ces constructions à l'idée de cause par des interprétations plus ou moins forcées, évidemment contraires à la pensée d'Alexandre :

(R 96 *longum sex*) Mensura vel quantitas sex pedum est quodammodo causa longitudinis ligni. . . Mensura vel quantitas duorum pedum est quodammodo causa latitudinis ligni. Et sic hoc totum reducitur ad regimen ex vi cause vel effectus vel excessus in quantitate.

(R 96 *verbum materiam*) Hic per comparationem verbi ad ablativum multipliciter manifestat actor regimen ex vi cause. . . . Et dicas constructa regimina in exemplis per hanc regulam fieri ex vi cause, et non ex vi pretii, nec ex vi materie, ut dicebant quidam penitus asinine. Nam, vere loquendo, pretium vel spacium et talia non sunt principia construendi, nec traduntur ab aliquo actore pro principiis. Propterea, si quis librum constructionum inspiciat, actorem istum inveniet tradere principia construendi secundum traditionem factam a Prisciano in secundo Minoris, ubi non ponuntur regule ex vi pretii sive spacii vel materie.

Au sujet de *frenum fabricat ere* on se posait la question suivante :

(R 96) Queritur propter quid ablativus construitur, quandoque mediante prepositione, aliquando sine ea. Ad quod dicendum est quod passio immediate exit a causa instrumentali, a causa vero efficiente non nisi per medium, ut per instrumentum vel organum. Cum prepositio inventa sit ad retorsionem casualis ad actum, et quia substantia de se cum actu uniri non potest, ideo inter effectum et causam efficientem oportet[1] mediam [prepositionem][2] intercidere, et inter causam instrumentalem et effectum[3] non oportet eam intercidere. Et ideo competenter dicitur *video oculis*, sed male dicitur *videor Sorte*. Debet enim dici *videor a Sorte*. Et hoc patet quod instrumentum fabricandi fit causa immediata qua[4] fabricatur[5]; unde bene di-

[1] oportet . . . intercidere *om.* R.
[2] mediam [prepositionem] — medium *ra.*
[3] immediatam *Cod.* efficientem *ra.*
[4] cum eo quod R.
[5] fabricata *ra.*

citur *fabrico martello.* Cum ergo *es* et *frenum* dicant causam materialem in qua fabricatur mediante instrumento, patet quod in constructione huius verbi *fabrico* cum hoc ablativo *ere* debet intercidere prepositio media, scilicet *de* vel *ex.* Quare actor hanc constructionem posuerit sine prepositione media, hoc habet questionem. Ad hoc dicendum est quod actor fecit signanter ad designandum quod constructio ex vi cause non solum fit respectu cause immediate, ut *video oculis*, sed etiam aliquando respectu cause mediate, ut *fabricat ere.*

(*Ibid.*) *Nomen eis*, id est dictio significans actum regit ablativum designantem modum actionis ex vi cause, ut *iste incedit gressu tardo, iste ridet vultu benigno* . . . . Hic ostendit actor constructionem [1] cause formalis designate per ablativum.

(R 96 *synodoche*) Cum vultus sit[2] quodammodo causa decoris in virgine, hec constructio reducitur ad regimen ex vi cause. Tamen quidam dicebant quod hec constructio fit ex vi synodoches. Sed CONTRA. Duplex est synodoche, scilicet locutionis et constructionis. Est igitur synodoche constructionis excusabilis, que fit per discrepantiam in principiis construendi, et de hac habemus exemplum in regime accusativi, ut *albet pedem.* Est alia synodoche locutionis, ut quando improprietas est excusabilis in loquendo, et non in principiis construendi, et de hac habemus exemplum in regimine ablativi *virgo decora vultu.* Ex hiis sic arguo. Inter figuras gramatice solummodo figura constructionis est causa constructionis figurative. Sed in hoc dicto exemplo et in similibus non est figura constructionis, sed locutionis, ut preostensum est. Ergo ista figura non erit causa huius constructionis. ITEM ad idem. Sicut dictum est, figura locutionis est improprietas in loquendo sine discrepantia in principiis construendi vel constructionis. Ex hoc sic arguitur. Omnis constructio cum ablativo, ut patet per precedentia et per Priscianum et actorem istum, fit ratione significationis vel qualitatis significate in dictionibus. Sed figura locutionis non est significatio nec est qualitas, ut patet in iam dictis. Ergo ratione figure locutionis non fiet constructio cum ablativo; quod concedendum est.

[1] constructione *Cod.* — *Cette glose manque dans ra.*

[2] *Om. Cod.* fit *ra*

(R 97 *Ornatum*) . . . . . Vestes sunt causa[1], qua mediante[2] aliquis est[3] indutus.

Ex vi demonstrationis essentie. — On faisait rentrer dans ce régime les constructions suivantes, auxquelles Alexandre en mêle d'autres *ex vi cause* :

Toti da partem, subiecto proprietatem,
Sed laudem iunge vel vituperamen utrique[4] :
Vir manibus validis, et *virgo crinibus albis.*
Dextra vir fragili, vel *forma femina turpi.*
Mobile vel verbum designans proprietatem
Sextis construitur per quos ea significatur,
Aut instrumenti vel cause nomina iunge[5] :
Cursu festinus, fulget virtute modestus,
Est velox pedibus, blando sermone facetus,
Viribus invictus, properat pede, voce. benignus.

(R 97 *toti da partem*) Cum dicitur *vir magna virtute*, isti duo ablativi construuntur ex vi habitudinis, vel secundum alios ex vi demonstrationis essentie cum habitu. Et licet possint genitive designari que significantur[6] per ipsos, non est eadem habitudo cum toto, quoniam ex vi demonstrationis essentie simpliciter construitur genitive, et ex vi demonstrationis essentie cum habitu construitur ablative . . . . . Et per hoc, quod dico *Vir* (*magna virtute* et *magne virtutis*), etsi est idem, secundum quod construitur cum genitivo et ablativo non tamen est idem, secundum quod construitur cum genitivo, ut est ens, cum ablativo, ut habens.

(R 97 *mobile vel verbum*) . . . De alio modo proprietatis dat doctrinam que reducitur ad regimen ex vi cause vel effectus . . . . Cum cursus sit causa, mediante qua festinamus, et virtus sit causa, mediante qua fulgemus, propterea tales constructiones ad regimen ex vi cause vel effectus reducuntur.

[1] causa *om. ra.*
[2] qua mediante — quibus mediantibus *Codd.*
[3] sit *Cod.* fit *ra.*
[4] Priscien, XVIII, 14.
[5] *Id. ibid.* 28, 31.
[6] que significantur *om. Cod.* significant *ra.*

(R 97 *aut instrumenti*) Reducuntur hec omnia ad regimen cause vel effectus, ut patet in exemplis *est velox pedibus*, . . . quia pedes sunt causa instrumentalis, qua mediante aliquis est velox.

Ex vi carentie. — On rapportait à ce régime les constructions suivantes, excepté celles d'*interest, refert, dignor,* etc., dont la mention était considérée comme une sorte de digression[1] :

Reque carere notans ablativum regit eius:
Ut pena careat, homo purus crimine vivat.
Inter et *est* iuncta tibi dant pronomina quina[2] :
*Intererit nostra vestra*que *tua*que *mea*que
Atque *sua; refert* normam servabit eandem.
Plenus, inops casum dant istum sive secundum[3] :
Vini vel *vino duo dolia plena videto.*
Pauper, egenus, inops vino vel *panis egebit.*
Dignor cum *potior, fungor, vescor, fruor, utor,*
Et *careo* iungo casu tantummodo sexto.

(R 98 *reque carere*) Videtur sic posse obici. Superius[4] dictum est quod ex vi consuetudinis non potest regi dictio. Queritur ergo quare magis regitur ex vi vacuitatis vel carentie. Ad quod dicendum est quod carentia est communis significatio in multis dictionibus. Et quia per naturam significationis potest fieri constructio et regimen, cum quedam participent istam significationem, ratione huius significationis communis communem habent constructionem. Et quia significatio dicitur esse carentia, cum carentia habeat modum privationis et ablationis, propterea talia inclinantur proprie ad casum ablationis, et hic est ablativus . . . Cum ergo consuetudo non sit communis significatio in dictionibus, ratione consuetudinis non participabunt communem constructionem.

(R 98 *plenus*) Hic ostenditur constructio ex vi vacuitatis vel plenitudinis.

[1] (R 99 *hos casus*) : « Cetera que ponuntur de regimine eiusdem casus, doctrine sunt et non regule, sicut patet in hoc loco *inter* et *est*.

[2] Priscien, XVII, 92.

[3] *Id. ibid.* 18, 19, 31.

[4] Voir ci-dessus, p. 283.

Sed dubitatur. Oppositorum oppositi sunt effectus. Plenitudo et vacuitas opponuntur. Ergo nomen significans plenitudinem et nomen significans vacuitatem debent oppositas habere constructiones . . . Ad hoc dicendum est quod casus dicit habitudinem. Ubi ergo est eadem habitudo plenitudinis ad illud quo[1] impletur, et vacuitatis ad illud quo privatur, necesse est quod nomen significans vacuitatem vel nomen significans plenitudinem cum eodem casu construuntur . . . Sed non construuntur ista nomina cum eodem casu, in quantum sunt opposita, sed in quantum communicant sub eadem habitudine . . . Videtur quod nomina vacuitatis cum genitivo non construuntur, cum genitivus dicatur quasi generativus. Quare aliquid vult generare et constituere. Sed vacuitas et deffectus idem sunt. Item videtur quod nomen vacuitatis et nomen plenitudinis [non][2] construantur cum ablativo. Nam ablativus significat substantiam in ratione principii actionis vel motus. Sed nomen non significat actionem neque motum, et precipue nomen vacuitatis et plenitudinis. Quare et cetera. Solutio. Ad primum dicendum est quod idem propter sui presentiam vel absentiam potest esse causa vacuitatis vel plenitudinis. Et ideo cum genitivus dicat substantiam et principium, et causa huiusmodi potest construi cum nomine vacuitatis. Ad hoc quod obicitur quod vacuitas nichil est, dicendum quia nichil est secundum naturam, sed sufficit hoc aliquid esse secundum rationem et cognitionem. Ad aliud dicendum est quod ablativus dicitur ab auferendo. Unde significat substantiam ut que aufert vel a qua aufertur. Quare cum nominibus deffectus vel carentie vel huiusmodi construi potest. Et dicitur ad hoc : ablativus casus est principium actualis continentie. Unde habitudo continentie huiusmodi spectat ad ablativum. Cuius signum est quod, cum hec prepositio *in* denotat actualem continentiam, cum ablativo construitur. Et ita tam nomina vacuitatis quam plenitudinis cum genitivo vel ablativo construi possunt. Sed in quantum fit hec constructio cum ablativo, potest reduci[3] ad regimen ex vi effectus, ut patet, cum dicitur *vacuus cerebro*. Sensus est *per cerebrum* vel *secundum cerebrum; plenus vino*, id est *per vinum*.

Ablatif construit avec les prépositions. — Alexandre fait allusion à cette construction, sans énumérer toutes les prépositions.

[1] quod *Codd.*
[2] *Omm. Codd.*
[3] Priscien, XVIII, 28.

Voici comment on raisonnait sur la construction du passif avec l'ablatif et le datif :

(R 99 *iste datur*) Cum ita sit quod verba quedam passionem dicant, patet quod dicunt effectum alicuius cause. Aut igitur cause mediate aut immediate. Si immediate, tunc immediate construuntur cum ablativo... Verba passiva possunt habere constructionem sive comparationem ad causam mediatam illius passionis, ut *videor oculis a Sorte, percutior baculo a Platone*, quia Sor est causa mediata illius visionis, quia per comparationem oculorum, et Plato est causa illius percussionis mediata, quia per instrumentum, scilicet baculum. Cum igitur verba passiva comparantur ad causam mediatam sue passionis, mediante prepositione construuntur cum ablativo designante huiusmodi causam ..... Passio duplicem habet comparationem. Uno modo comparatur ad rem cui aliquid acquiritur, mediante passione, et sic potest construi cum dativo, ut cum dicitur *iste videtur michi.* Alio modo comparatur ad substantiam a qua causatur, et sic construitur cum ablativo, ut cum dicitur *curritur a me.*

Ablatif absolu. — On y rapportait la construction que nous appelons ainsi :

Sunt ablativi plures rectore soluti [1] :
Discere discipuli debent, doctore legente [2].

Dès le temps de Pierre Hélie [3] on appelait cet ablatif *ablatif absolu.* Au XIIIe siècle on se posait beaucoup de questions sur cette construction, entre autres celle de savoir si cet ablatif n'est pas *gouverné.* Siger de Brabant :

(W 6 v°) *Magistro legente, pueri proficiunt.* Hoc est sophisma propositum, circa quod QUERITUR unum, scilicet utrum ablativus qui dicitur poni absolute ab aliquo regatur. Et VIDETUR quod non, quia illud quod est absolu-

[1] (R 99) : « ablativus nominis verbalis potest unicus poni absolute, ut *me doctore florent muse*, vel participium descendens ab impersonali, ut *dicto de regimine;* sed in resolutione plures erunt; et ideo dicit *plures.* » Toutes les gloses donnent cette explication.

[2] Priscien, XVIII, 28, 30. V, 80.

[3] Voir ci-dessus, p. 247.

tum a regimine non regitur. Sed talis ablativus est huius modi, ut patet per Petrum Heliam[1]. Ergo non regitur. Preterea si iste ablativus regatur, aut hoc est ab hoc quod est *pueri*, aut ab hoc quod est *proficiunt*, aut ab aggregato. Non ab hoc quod est *pueri*, quia nullus modus significandi proportionalis reperitur inter[2] hoc quod est *pueri*, et inter ablativum; nec [ab][3] hoc quod est *proficiunt*[4]; nec a toto aggregato, quia modus significandi non debetur orationi, sed dictioni vel parti. Preterea dictum commune non est in toto falsum[5]. Sed communiter dicitur quod ablativus ponitur absolute et sine regente. Ergo non regitur. Preterea per entia logicalia non possunt dari rationes constructibilium. Sed nichil videtur in ablativo absoluto, ratione[6] cuius possit construi cum *pueri proficiunt*, nisi quod est antecedens et aliud consequens[7]. Sed ista sunt entia logicalia. Ergo nullo modo regitur. Preterea illud nullo modo regitur, cui nullo modo debetur modus significandi. Sed orationi nullo modo debetur modus significandi. Ergo nullo modo regitur. Maior patet. Minor declaratur, quia modus significandi est ens rationis simplex. Ergo obiectum eius debet esse simplex. Nunc oratio est quid compositum. Ideo et cetera. Oppositum arguitur sic. Constructio est constructibilium unio. Ubi est ergo constructio et unio proportionalis, ibi est regimen. Sed in ista oratione est sic. Ideo et cetera. Preterea omne indignius videtur regi a magis digno. Nunc in hac oratione est reperire minus dignum et magis dignum. Ergo ibi est reperire regimen. Preterea ubicunque est reperire nobilius et minus nobile, ibi est reperire regimen. Sed sic est in proposito. Ergo ibi est reperire regimen. Ad questionem dicendum preintelligendo tria : primum est quid sit ablativus, secundum est quid sit absolutum, tertium est quid regere. Circa primum intelligendum est quod ablativus est modus significandi. Nunc modus significandi quidam est activus et quidam passivus, quidam essentialis, quidam accidentalis, quidam absolutus, quidam respectivus, ut patet in illo sophismate *amo est verbum*[8]. Qualiter autem modi significandi sunt principium constructionis, et qui sunt principium constructionis, scilicet modi significandi respectivi, dictum est in

[1] Il fait sans doute allusion au passage (*nb* 145 v°) que nous avons cité ci-dessus, p. 247.

[2] in *Cod.*

[3] *Om. cod.*

[4] La raison a été omise dans le manuscrit.

[5] Cf. Aristote, *Eth. Nicom.* X, 2. 1172 b 36; VII, 14. 1153 b 27.

[6] ratione *est répété.*

[7] Priscien, V, 80.

[8] W 4 v°.

illo sophismate *amo est verbum*. Nunc ablativus est modus significandi, quia concessus est voci, ut mediante illo designet modum essendi in re; et est modus significandi accidentalis, quia advenit parti post suum completum esse; [et][1] est modus significandi respectivus, quia[2] attributus est dictioni in comparatione ad modum significandi alterius dictionis sibi proportionalem, ut apparebit inferius. Iste autem modus significandi qui est ablativus, continetur sub isto modo significandi accidentali qui est casus. Est enim casus modus significandi accidentalis respectivus designans circa rem proprietatem per quam unum constructibile determinat dependentiam alterius. Modus autem significandi qui est casus sub se habet plures modos significandi speciales, qui possunt circumloqui [per iuncturam][3] huius quod est *qui*, ita quod modus significandi nominativi designat per modum ut quid, genitivus ut cuius, dativus ut cui, accusativus ut quem, vocativus per modum excitationis[4], et ablativus ut a quo. Est ergo ablativus modus significandi accidentalis respectivus designans circa rem modum essendi ut a quo. Et quia modus essendi ut a quo dicitur multis modis, ideo iste modus significandi qui est ablativus, quia isto [modo][5] est acceptus, plures constructiones habet, ut patet per Priscianum in secundo Minoris[6], quia, multiplicata causa, multiplicatur effectus. Sic ergo patet primo videlicet quid est ablativus. Circa secundum est intelligendum quod absolutum dicitur quatuor modis, ut vult Commentator[7] super minus volumen. Uno modo dicitur absolutum a transitione, et hoc modo verba substantiva et neutra dicuntur a Prisciano[8] absoluta; alio modo a regimine, ut in proposito, sed secundum quem modum debet intelligi apparebit inferius; alio modo dicitur absolutum a discretione, et hoc modo dicit Priscianus[9] in primo Minoris quod omnes obliqui pronominum apud Latinos sunt absoluti; quarto modo dicitur absolutum ab adiectiva determinatione (sic substantivum aliquando dicitur absolutum, quando ponitur in designatione essentie, ut *homo pacis*), vel e converso a substantiva determinatione, ut *unus, duo, tres*. Est ergo absolutum, ut hic accipitur, modus quidam signifi-

[1] *Om. Cod.*
[2] qui *Cod.*
[3] *Om. Cod.*
[4] exercitii *Cod.*
[5] *Om. Cod.*
[6] Priscien, XVIII, 28-32.
[7] Cf. ci-dessus, p. 20.
[8] XVIII, 135.
[9] XVII, 55.

candi attributus dictioni sub ratione qua aliquo modo regimine caret, ut apparebit inferius. Sic ergo patet secundum, scilicet quid sit absolutum, prout hic accipitur. Circa tertium est intelligendum quod regimen in entibus gramaticalibus debet sumi ad similitudinem regiminis veri. Nunc secundum quod patet primo Politicorum[1], in qualibet multitudine digniora regunt minus digna. Ideo, ut patet ex octavo Phisicorum et duodecimo Metaphisice, in genere entium est devenire ad aliquod primum dignissimum et nobilissimum, quod omnia entia regit, videlicet causa prima vel Deus, ut patet ex libro de Causis. Similiter in genere corporum est devenire ad aliquod corpus unum simplex dignissimum, quod regit omnia alia corpora quodam ordine divine providentie, videlicet corpus celeste, ut patet ex libro de Celo; et similiter in genere animalium, ad aliquod unum animal dignissimum regens omnia animalia, ut homo; et in Phisicis[2] scribitur quod nos sumus finis. Et similiter in eodem homine est devenire ad aliquam partem unam corpoream, que regit omnia alia membra, videlicet cor; et ideo in medio situatur, ut rex in regno, ut patet ex libro de Morte et vita[3]. Similiter in genere virtutum in homine est devenire ad aliquam unam virtutem, que regit omnes alias, videlicet intellectus possibilis[4], vel, secundum Averroym, intellectus adeptus, ut patet ex intentione Avicenne et Algazelis. Sic ergo patet quod in omni multitudine aliquod unum regimen invenitur. Istud autem, si dirigat illa ad rectum finem, dicitur regimen rectum; si autem non, non dicitur regimen, vel non dicitur rectum. Nunc autem ad similitudinem huius sumitur regimen inter partes orationis, ita quod est devenire ad aliquam partem orationis dignissimam respectu talis multitudinis, quia multitudinem et orationem complet, que proprie regit omnes alias partes et a nulla alia regitur, videlicet verbum. Ideo in gramatica dicitur quod quedam regunt et non reguntur, et sic in qualibet oratione sive perfecta sive imperfecta semper dignius regit minus dignum. Est ergo regere in gramatica actus rationis qui attribuitur dictioni sub ratione qua regit aliam vel alias ad rectum finem habendum, videlicet ad exprimendum conceptus mentis congrue et debito modo. Verumtamen gramatici antiqui po-

[1] Aristote, *Polit.* I, 5, 6.

[2] Aristote, *Polit.* I, 8. 1256 b 16-17. — Peut-être faut-il lire *politicis*. Mais il est possible que Siger se soit trompé.

[3] Aristote, *De morte et vita*, III, 469 a 24.

[4] Voir Renan, *Averroës et l'Averroïsme*, p. 108, 187, 199.

nebant quod regere est conferre dictioni poni in tali casu, in quo debet stare, ita quod regimen attribuebant casibus : quod non debet fieri propter causam supradictam. Ideo partes indeclinabiles dicebantur ab ipsis neque regere neque regi, quod non est verum, ut patebit in alio sophismate *o magister*[1]. Nomina autem appellativa dicebant regere et regi, ut *capa Sortis*, et in hoc bene, quia omne nomen significans rem suam per modum possessionis regit genitivum casum significantem rem suam per modum possessoris, ut patet ex secundo Minoris[2]. Nomina vero propria dicebant regi et non regere : quod non est verum, quia nomen proprium regit suum adiectivum. Sic ergo patet quid est regere. HIIS VISIS DICENDUM quod ablativus qui dicitur poni absolute, regitur, sumendo regimen proprie, ut debet sumi; tamen loquendo de regimine minus proprie, non regitur ab aliquo. PRIMI declaratio est quia ubicunque est constructio, ibi est proportio multorum. Nunc inter ablativum significatum sub ratione antecedentis et ipsum consequens est constructio, ut apparet per Priscianum in secundo Minoris, ubi vocat[3] talem constructionem ipsius ablativi constructionem consequentie; ergo et proportio multorum. Nunc prius dictum est quod in omni multitudine est necessario repperire aliquod regimen. Tale autem in predicta constructione est ipsum consequens, ut *pueri proficiunt*. Quia illud quod est dignius et nobilius regit minus dignum, sed consequens nobilius est antecedente, ideo habitudo inter consequens et antecedens, que dicitur consequentia[4], nomen accipit a consequente. Sic ergo illud quod se habet sub ratione consequentis, regit ablativum se habentem ut antecedens. Et universaliter ipsum verbum regit alia, ut dictum est prius. Si autem aliquis instaret sic : « Omne dignius et nobilius regit minus dignum et minus nobile. Sed nomen dignius est verbo, quia substantia dignior est accidente, quod patet, quia illud quod magis habet de entitate est dignius; sed substantia est huiusmodi; ideo et cetera; item illud quod est magis sufficiens regit alterum, quia rex per se sufficiens debet esse, ut scribitur in Ethicis[5]; sed substantivum est magis sufficiens; ideo et cetera, » dicendum quod, licet nomen per se consideratum sit dignius et nobilius et magis sufficiens, tamen respectu constructionis totius verbum nobilius est, quia magis se tenet ex parte forme totius.

[1] W 5 v°.
[2] Priscien, XVIII, 9.
[3] *Id. ibid.* 30.
[4] consequens *Cod.*
[5] Aristote, *Eth. Nic.* VIII, 12. 1160 b 4.

Nunc forma orationis est compositio, ut dicitur septimo Metaphisice[1]. Modo verbum magis importat compositionem. Ideo et cetera. Sic ergo patet quod inter *magistro legente* et *pueri proficiunt* est regimen per modos significandi proportionales. Nam aliquid significatum per modum consequentis proportionatur alicui significato per modum significandi ablativi sub ratione antecedentis. Quod patet, quia modi essendi ipsorum sunt proportionales, quia modus essendi ab aliquo ut consequens proportionatur modo essendi a quo ut antecedens. Modus essendi ut a quo est modus essendi ablativi, ut visum est primum. Ideo modi significandi proportionantur; et hoc vult Priscianus, quia omne illud quod [significat][2] rem suam per modum consignificationis consequentie, regit aliquid quod significat rem suam per modum ablativi ut antecedens. Si autem aliquis instaret : « Illud quod proprie convenit nominativo, non convenit ablativo; sed modus essendi ut de quo alterum enuntiatur est modus significandi nominativi, non ergo ablativi, » dicendum quod modus essendi nominativi est modus essendi ut quid, ut prius dictum est, nec modus essendi ut de quo alterum enuntiatur est proprius nominativo, immo competit aliis, ut dictum est, scilicet accusativo et ablativo. Sic ergo patet quod inter ista est regimen. Similiter inter ista est regimen rectum per comparationem ad finem rectum, quia ad exprimendum recte conceptum mentis. Habens enim aliquis in mente quod ex locutione magistri pueri audientes proficiunt, volens exprimere mentis conceptum consecutionis[3] actus ad actum sine coniunctione, exprimit *magistro legente*, *pueri proficiunt*, quia illa constructio fuit inventa ad hoc, ut aliquid significans rem suam per modum actus consequeretur ad aliquid significans rem suam similiter per modum actus sine coniunctione, ut patet primo Minoris[4]. Sic ergo patet quod inter ista est regimen rectum, et per quos modos significandi, quia per modum significandi actus sub ratione consequentis et per modum significandi ablativi sub ratione antecedentis. Et similiter patet a quibus modis essendi sumuntur, quia a modo essendi ut a quo sicut ab antecedente, et a modo essendi alicuius sub ratione consequentis. Sic ergo patet qualiter ista constructio differt ab aliis constructionibus ipsius ablativi. Si autem aliquis instaret sic : « Dicendo *aliquo ambulante, coruscavit*, ponitur ablativus abso-

[1] On peut le conclure d'Aristote *Met.* VII, 2. 1043 a 12 et suiv. Mais il ne parle pas expressément de l'*oratio*.

[2] *Om. Cod.*

[3] constitutionis *Cod.*

[4] Priscien, XVII, 18.

lutus, tamen ibi non est antecedens nec consequens, nec demonstrat oratio, ut dicitur primo Posteriorum[1], » dicendum : dato quod aliquid non sit antecedens nec consequens, dum[2] tamen sit significatum per modum consequentis et antecedentis, sufficit ad talem constructionem et ad gramaticum, qui modos significandi considerat; unde gramaticus attribuit diversas constructiones eidem sub alio modo significandi, ut patet in *lectio* et *lego*. Nunc autem *ambulo* nullo modo est antecedens coruscationis. Ideo, si intellectus designet hoc per sermonem predictum, consequentia non est bona, tamen sermo est congruus. Et quia ablativus debet esse significans per modum antecedentis[3], et unus ablativus[4] sub ratione antecedentis non significat, ideo duo ablativi debent esse, et ideo incongrua est *magistro pueri proficiunt*. Et quia constructio fuit inventa ad designandam consecutionem actus ad actum sine coniunctione, ideo unus ablativus debet esse significatus per modum actus; et licet aliquid sit antecedens vel consequens, si[5] non sit significatum per modos significandi supra dictos, non sufficit ad talem constructionem. Et quia talis constructio dicitur constructio consequentie, et iste coniunctiones, *si*, *dum* et *quia*, magis[6] res suas per modum consequentie significant, ideo per ista constructio predicta resolvitur[7]. Sic ergo patet PRIMUM, videlicet qualiter, accipiendo regimen proprie, ablativus qui dicitur poni absolute, regatur. SECUNDI declaratio est videlicet quod, accipiendo regimen minus proprie, ut antiqui gramatici acceperunt, non dicitur regi, quia secundum ipsos regere est conferre dictioni in tali casu poni, in quo stare debet; et quia in tali constructione non sufficit una dictio, sed ad minus oratio una, ut dictum est, ideo dicebant ipsum absolute poni et non regi. Per hoc AD RATIONES. AD PRIMAM, cum dicitur : « Omne illud quod absolutum est a regimine, non regitur, » verum est, et cum dicitur « talis ablativus est huiusmodi, » verum est, loquendo de regimine minus proprie; tamen loquendo de regimine proprie, ut ex predictis patet, regitur. AD ALIAM, cum dicitur « si iste ablativus regatur, aut hoc esset ab hoc quod *pueri* aut a *proficiunt* aut ab aggregato, » dicendum quod ab aggregato, et cum dicitur « aggregatum est oratio, et orationi non debetur modus significandi, » fal-

[1] Aristote, *Anal. post.* I, 4. 73 b 10 et suiv.

[2] du *Cod.*

[3] consequentis *Cod.*

[4] alius *Cod.*

[5] et *Cod.*

[6] magis *répété Cod.*

[7] Priscien, XVIII, 30.

sum est; immo orationi, ut oratio est, bene debetur aliquis modus significandi. Nam coniunctio construitur per suum modum significandi cum orationibus sub modo significandi proportionali, ut patet de *si*, et de *et*, et de *vel* et similibus. Ad aliam, cum dicitur « per entia logicalia non possunt dari rationes construendi, » verum est, ut sic; tamen si alio modo considerentur, bene est possibile; nam unum et idem bene est consideratum a gramatico, ut est principium constructionis, et a logico alio modo, ut patet intuenti. Ad aliam, cum dicitur: « commune dictum non est ex toto falsum, » verum est, et apparet ex dictis qualiter verum et falsum. Ad ultimam rationem, cum dicitur « illud non regitur, cui non debetur modus significandi, » verum est; et cum dicitur: « orationi non debetur modus significandi, » falsum est, sicut apparet ex dictis. Et per hoc patet solutio sophismatis totius.

La solution développée par Siger de Brabant n'était pas généralement adoptée. On en trouve une autre dans la glose *Admirantes*, et c'est celle qui paraît avoir prévalu :

(R 99 *sunt ablativi*) . . . Ut dicit Commentator[1], cum ablativi absolute ponuntur, non privantur ab omni constructione, sed inter se [comparantur][2] et sufficienter finiuntur; et[3] resolvitur ablativus participii in verbum et in nomen concomitantie, ut cum dicitur *Sorte legente*, id est *dum Sor legit*. Unde quantum est de natura huius verbi *legit* et huius nominativi *Sortes*, est ibi intransitiva constructio, que per ablativos absolute positos secundum rem importatur. Ex hoc ergo patet quod ablativi in se realiter habent constructionem, cum absolute ponuntur. Unde dicuntur absolute poni, propter hoc quod ab extrinseca dependentia privantur. . . . . Cum verbo consequenti. . . non construuntur, sed ordinantur ratione suspensionis et concomitantie. Simile est ibi suo modo cum dicitur *dum magister legit* et cetera, quia hoc totum *dum magister legit* non exprimit omnino perfectum intellectum nec facit animum quiescere, donec aliquid sequatur. . . . . Queritur quare potius ponitur in ablativo quam in alio casu. . . . . Dicendum est quod ibi denotatur concomitantia actus ad actum, prout unus actus

[1] C'est Pierre Hélie. Je ne retrouve pas cette citation dans son commentaire.

[2] *Om. Cod.* conferuntur *ra.*

[3] sed *Cod. om. ra.*

est causa alterius actus, et ablativus dicit substantiam prout est principium actus vel passionis. Et ideo oportet quod illa constructio sit in ablativo casu. Secus tamen dicunt aliqui, dicentes quod hic intelligitur hoc quod dico *dum*, quod idem significat cum hac dictione *cum*, que est prepositio deserviens ablativo. Ad representationem igitur talis intellectus participium in tali constructione in ablativo et non in alio casu ponitur.

Ablatif des noms de lieux. — Alexandre considère comme *absolu* l'ablatif des noms de lieux employé sans préposition :

Atque loci nomen quandoque regente carebit.

Il ajoute deux observations sur la construction des noms de lieux en général, et la glose traite ici de la construction *absolue* des noms de lieux au génitif, à l'accusatif et à l'ablatif. Nous en parlerons d'abord; puis nous traiterons de l'emploi des cas avec les prépositions.

§ XI. — Construction des noms de lieux.

Suivant Priscien, les noms propres de villes et les noms appellatifs *militia, domus, humus*, construits au génitif, à l'accusatif ou à l'ablatif, *pro adverbio accipiuntur* (XV, 8, 9). Pierre Hélie accepte cette explication et présente les règles relatives à l'emploi de ces noms sous la forme de réponses aux questions posées par les adverbes *ubi, quo, unde, qua*[1]. Il nous apprend que, de son temps, certains noms de villes alors terminés en *is*, comme *Pictavis, Andegavis, Turonis, Aurelianis, Remis*, étaient construits comme indéclinables[2] (N 124 v°. XV, 8. *Spec.* c. 163, 164) : « Ubi est ille? Remis. Quo vadis? Remis. Unde venis? Remis. Qua vadis? Remis. » Les noms

[1] Cette idée, qui a fait fortune dans notre enseignement classique, a été suggérée par Priscien, XVII, 43.

[2] Ils étaient rangés dans la troisième déclinaison. Voir ci-dessus, p. 204.

de saints donnés aux lieux doivent être employés au génitif précédés de la préposition, parce qu'on sous-entend *villa, castrum* ou un nom semblable : « Unde venis? De sancti Dionisii. » Quant aux noms de lieux formés avec un nom appellatif placé le premier comme *Mons Pessulanus, Pons Isare,* il est d'avis de les construire comme des noms appellatifs, avec la préposition, quoique la plupart les construisent sans préposition : « Querenti *quo vadis?* respondebis : *ad Montem Pessulanum*, vel *ad Pontem Isare.* » Il n'appelle pas encore ces constructions *absolues;* mais, du temps d'Alexandre, on leur donnait ce nom, ainsi qu'à toutes celles où Priscien et Pierre Hélie disaient que les noms sont employés adverbialement. Pierre Hélie ne se pose pas, d'ailleurs, beaucoup de questions sur ces constructions. Cependant il s'est demandé pourquoi les noms singuliers de la première et de la seconde déclinaison sont construits au génitif, tandis que ceux de la troisième le sont à l'ablatif. Il n'était pas facile de répondre à cette question quand on ne savait pas que les formes des noms singuliers de la première et de la seconde déclinaison ainsi construits dérivent d'un locatif en *i*. Voici ce que dit Pierre Hélie :

(N 125. XV, 8. *Spec.* c. 165.) Responsio facta ad *ubi* semper retinet significationem ablativi. Sed quia a Grecis, qui genitivo utuntur pro ablativo, quo carent, habuimus ut propria locorum nomina adverbialiter poneremus, ad hoc notandum ad ipsorum Grecorum similitudinem posuimus in quibusdam genitivos pro adverbiis. In aliis vero utimur ablativis casibus, secundum quod exigit propria significatio responsionis. Genitivos tamen respondemus in prima et secunda declinatione, non in tertia, eo quod cum genitivus prime terminetur in *e*, genitivus secunde in *i*, genitivus tertie in *is*, multa inveniuntur adverbia terminantia in *e* vel in *i*, pauca vero in *is*. Si quis autem comodius solvere poterit, solvat. Nichil enim impedio.

Au XIIIe siècle non-seulement on se posait cette question; on s'en posait encore beaucoup d'autres aussi difficiles à résoudre. Le fond commun de ces discussions se trouve dans le passage suivant du commentaire de Robert Kilwardby sur Priscien :

(V 10 v°) De interrogatione autem adverbiorum localium et de eius responsionibus multiplex est dubitatio. De qua PRIMO queritur quare ad responsionem eius quod est *quo*, semper pertinet accusativus, ad alia autem tria ablativus ut frequentius[1]. Sed quia ad *ubi* aliquando per ablativum, aliquando per genitivum respondetur, queritur SECUNDO quare magis ad ipsum respondetur per diversos casus, quam ad aliquod aliorum. TERTIO queritur, si debet ad *ubi* responderi per genitivum et ablativum, quare magis per illos casus, quam per alios. QUARTO queritur quare per nomina communia localia et per nomina propria regionum et per circumlocutiones nominum civitatum respondetur cum prepositione, per nomina vero propria civitatum et simplicia respondetur sine prepositione. QUINTO queritur quare magis hec quatuor communia sequntur regulam propriorum nominum, quam alia, scilicet *domus, humus, rus, militia.* SEXTO queritur, cum diversus casus ad *ubi* respondeatur, scilicet aliquando genitivus et aliquando ablativus, quare magis in nominibus communibus locorum respondetur ad ipsum per ablativum et in nominibus propriis [per genitivum][2], quam e converso. SEPTIMO queritur, cum in nominibus debeat ad *ubi* responderi genitive, quare magis in illis que sunt prime aut secunde declinationis simplicia, quam in illis que sunt pluralia vel tertie declinationis. AD PRIMUM dicendum quod hoc interrogativum *quo* querit de loco ad quem fit motus. Talis autem respicitur a motu in ratione termini. Accusativus autem significat rem ut est terminus actus. Et ideo ad *quo* respondetur per accusativum. *Unde* vero querit de loco a quo fit motus. Talis autem principium est motus; et proprium est ablativi significare rem ut est principium actus. Et ideo ad verbum respondetur per ablativum. *Qua* vero querit de loco per quem fit motus, vel, ut proprius dicam, tenus quo fit motus. Huiusmodi autem est locus quasi medius termini a quo et ad quem. Locus autem medius est principium motus a medio

[1] frequentinus *Cod.* — [2] *Om. Cod.*

ad extremum ultimum, sicut terminus a quo primus est principium motus ad medium et ad ultimum. Et ideo sicut terminus qui est principium motus, proprie habet designari per ablativum, sic locus medius habet per ablativum designari. Et ideo ad *qua* respondetur ablative [1]. Et quia unumquodque illorum [2] adverbiorum querit de loco et sub unica habitudine se habet, ideo ad unumquodque eorum respondetur sub uno et eodem casu. *Ubi* vero querit de loco in quo est res. Locus autem in quo est res duplicem habet comparationem ad locatum, unam in ratione continentis, aliam in ratione conservantis [3]. Locus autem in ratione continentis est in ratione principii motus rei ab illo loco, quia oportet prius ipsum esse principium motus eius, quam fieri [4]. Et ideo sub hac ratione debet responderi ablativus. Locus autem in ratione conservantis est principium substantie rei conservans [5] ipsam; est autem in ratione efficientis aliquo modo et cause formalis rei; et ideo ad *ubi* sub hac ratione responderi debet genitivus, cuius proprium est significare rem prout est principium substantie. Sic igitur patet quare ad *ubi* magis respondetur per diversos casus, quam ad aliquod aliorum. Et sic patet solutio ad PRIMUM et SECUNDUM. AD TERTIUM dicendum est per idem : magis etiam respondetur ad *ubi* per istos duos casus, quam per alios, quia locus in quo magis se habet ad rem sub habitudine genitivi et ablativi, quam aliorum trium, sicut patet ex dictis. AD QUARTUM dicendum quod sicut differenter construuntur cum verbis gerundia et supina (gerundia, quia significant terminum [6] communem motus,

[1] Cf. (R 101 *atque loci nomen*) : « Quia transeundo per locum fit quedam ablatio, propterea exigitur ibi casus dicens ablationem... »

[2] illo *Cod.*

[3] *Locus in ratione continentis*, c'est le lieu quelconque où se trouve un objet; *locus in ratione conservantis*, c'est le lieu *naturel* d'un objet, par exemple l'eau pour un poisson, l'air pour un oiseau. (Voir Duns Scot, *Opp.* II, 214, 216.)

[4] termini (?) *Cod.* — On admettait d'après Aristote (*Phys. ausc.* IV, 5) qu'un corps n'est dans un lieu qu'autant qu'il est mobile. Au reste, voici comment ce point est présenté dans un commentaire anonyme sur Priscien du XIIIe siècle (Bibl. Mazarine, 1247, f° 87) : « Si vero locus comparetur ad rem locatam, ut est continens ipsam, sic ille locus, prout est continens locatum, est principium a quo fit motus. Si enim ego movear ab hoc loco ad illum, iste locus qui continet me est principium a quo fit motus; et quia per ablativum significatur res, ut est principium motus, ideo tunc habet responderi ad *ubi* nomen in ablativo casu. »

[5] conservantis *Cod.*

[6] tantum *Cod.*

construuntur cum verbis mediante prepositione, ut *vado ad legendum*, supina vero, quia significant terminum appropriatum, includunt in se circumstantiam prepositionis et immediate construuntur cum verbis, ut *vado lectum*), sic et in proposito terminus etiam proprius et in ratione tali immediate cum verbo construitur includendo in se circumstantiam prepositionis, terminus autem communis et non appropriatus mediante prepositione ordinatur. Dicendum igitur quod ad hoc quod nomen ponatur adverbialiter includendo in se circumstantiam prepositionis, exigitur quod locum proprium et distinctum significet et per modum proprii et distincti. Que autem non sic se habent, non possunt poni adverbialiter includendo circumstantiam prepositionis. Nomina autem locorum communia non significant locum appropriatum et distinctum; et ideo exigunt prepositionem. Nomina etiam propria regionum non significant locum simpliciter appropriatum et distinctum; cuius signum est quod, pervento ad regionem aliquam, non dicitur haberi propositum, donec ad aliquem locum pertinentem in ipsa perveniatur, qui intenditur a moto. Et ideo cum prepositione ponuntur. Circumlocutiones etiam nominum villarum vel civitatum non significant locum nec appropriatum nec distinctum; et ideo adhuc cum prepositionibus ordinantur. Propria autem nomina simplicia significant loca appropriata et per modum appropriatorum, et ideo includunt in se circumstantiam prepositionis; et ideo ponuntur adverbialiter et sine prepositione [1]. Ad quintum dicendum quod ista quatuor appellativa *rus*, *domus*, *humus*, *militia*, apud primos Romanos fuerunt appropriata; ratione

[1] (R 100 *atque loci nomen*) : « Est duplex motus distinguendus, scilicet naturalis et voluntarius; et hec est differentia inter eos, cum motus naturalis determinate se habeat ad unum, sed motus voluntarius se habeat indifferenter ad plura. Cum dicitur *vado*, motus voluntarius importatur. Ergo talis motus se habet indifferenter ad plura. Ad hoc igitur, quod ille motus determinate se habeat ad unum, oportet quod aliquid appetibile moveat appetentem, quia per appetibile importatur aliqua fama vel dignitas et huiusmodi, quibus mediantibus motus voluntarius designatus per hec verba *vado* et *venio* ad unum spectet determinate. Cum ergo per propria nomina civitatum vel opidorum et per illa quatuor appellativa, scilicet *rus*, *humus* et cetera, importetur dignitas vel fama vel profectus aliquis, cum significata res per talia... immediate moveat appetitum et immediate motum terminet, idcirco, ut ita sit in signis sicut est in rebus et intellectibus, talia immediate cum suis verbis construuntur. Sed cum nomina appellativa non sint huiusmodi nature et nomina regionum, ut *Gallia*, quia, si tendo in Galliam, non

cuius ut nomina propria ad interrogationes respondentur[1]. Duo enim[2] sunt necessaria cuilibet, unum conferens, alterum removens. Conferens autem aut est propter esse aut propter bene esse: propter esse, sicut locus prebens alimenta, ad quod designandum proprie ponitur hoc nomen *humus;* conferens autem bene esse, sicut locus spaciandi et locus ludorum recreantium, qui proprie designatur per hoc nomen *rus*. Removens autem impedimentum aut removet impedimentum a propinquo, ut militia, aut removet impedimentum quod est a natura, cuius est domus proprie. Hec igitur quatuor nomina appellativa quasi propria fuerunt apud primos Romanos. Unde quodammodo rationem propriorum nominum habuerunt. De hiis etiam frequens erat interrogatio, et propter hoc habuerunt ordinationem consimilem propriis nominibus [propter][3] similitudinem quam habent cum eis, et causa breviloquii, eo quod frequens erat de hiis interrogatio. Ad sextum dicendum quod locus communis est in ratione continentis, sicut etiam proprius aliquo modo, sed non in ratione salvantis. Locus autem proprius est cuius propria conditio est salvare locatum. Locus autem ratione continentis ablative habet designari, sicut patet ex predictis, locus autem in ratione salvantis per genitivum. Et ideo per nomina propria aliquando respondetur ad *ubi* genitive, per alia vero ablative magis, quam e converso. Ad ultimum dicendum quod propria nomina tertie declinationis magis assimilantur communibus, quam nomina propria prime vel secunde declinationis; nam[4] communium nominum proprietas est continere multitudinem. Sed[5] nomina tertie declinationis maxime multa sunt, quia multo[6] plura sunt nominibus alicuius alterius declinationis. Et ideo potest dici quod per nomina tertie declinationis magis respondetur ad similitudinem communium, quam per nomina prime vel secunde. Adhuc illa propria prime vel secunde que sunt pluralia, magis assimilantur communibus, quam illa que sunt singularia, cum proprium sit nominum communium habere plurale, propriorum autem non. Et ideo magis respondetur in illis ablative ad *ubi*, sicut in nominibus communi-

tendo in eam propter ipsam, sed propter specialem locum et determinatum in illa, propterea nomina communia et nomina regionum determinata natura carentia constructione carent nominum propriorum civitatum vel opidorum. »

[1] respondeantur *Cod.*
[2] etiam *Cod.*
[3] *Om. Cod.*
[4] et *Cod.*
[5] sic *Cod.*
[6] multa *Cod.*

bus, quam in aliis. Talis igitur potest esse ratio quare genitive respondetur ad *ubi* in propriis nominibus civitatum singularibus prime vel secunde declinationis magis, quam in pluralibus vel in illis que sunt tertie declinationis.

Certains grammairiens croyaient devoir sous-entendre une préposition tout en pensant qu'elle ne pouvait pas être exprimée :

(R 101 *atque loci nomen*) In talibus locutionibus, sicut hec *vado Romam*, subintelligitur prepositio, ut dictat communis opinio, et potest elici ex verbis Prisciani in Minori[1]. Utrum illa possit exprimi, hoc habet questionem. Ad quod dicendum est quod ibi prepositio intelligitur, nec licet eam exprimere. Et hoc est quia talia verba ut *pergo*, *vado*, sunt absoluta, et ad accusativum non possunt ordinari sine prepositione media. Propter quod necesse est prepositionem subintelligi. Nec tamen debet explicari propter comparationem immediatam motus localis ad suum terminum immediatum, quia, si extra poneretur prepositio sic dicendo *vado ad Romam*, videretur quod ille terminus non esset proprius, sed communis. Propter quod repugnantia intellectuum ibi esset. Sed si obicitur quod illud quod intelligitur potest per sermonem explicari, ut probatur per Aristotelem dicentem in libro Peryarmenias[2] « voces sunt signa intellectuum, » ad hoc dicendum est quod verum est, quando explicatio vel vox non repugnat intellectui. Propter quod dicitur quod prepositio intellecta, quantum est de se, potest explicari, tamen, si explicetur, totum facit sermonem aliud representare, quam significaretur, si esset prepositio solum intellecta.

Alexandre admet qu'un relatif peut être construit avec un nom de lieu employé sans préposition :

Ad nomen positum sic sepe relatio fiet,
Ut *vado Romam, que menibus eminet altis.*

[1] XVII, 170; XVIII, 217, 305.

[2] Aristote, *De Interpr.* I, 16 a 3.

Mais il demande si on peut construire un tel nom avec un adjectif :

> Queris si possit adiectivum sociari,
> Ut *debet doctas bonus ire scolaris Athenas.*

(R 101 *queris si possit*) Communes glosule sic dicere solent, quod male dicitur *vado Romam pulcram* et *vado Athenas doctas.* Et hoc intendunt probare per actorem istum et Priscianum. Quatuor appellativa solum sunt adverbialiter posita. Sed *doctus* et alia similia non sunt de numero istorum quatuor. Ergo non possunt poni adverbialiter secundum actores istos. ITEM ad idem. Dicebant quod accidentis esse est inesse. Cum igitur illa adiectiva significent accidens eorum esse inesse et inherere subiectis, et ita per se poni non poterunt adverbialiter. Ad quod leviter patet solutio. Primo AD PRIMUM dicendum est quod, cum dicitur *vado Romam pulcram*, hoc nomen proprium quod est *Romam*, ponitur adverbialiter, et non nomen appellativum. Quod sic est, quia poni adverbialiter est habere naturam adverbii vel officium et immediate determinare motum verbi. Et hoc fit solum per proprium nomen, et non per appellativum. Quare [1] sermo sic est ordinandus : *vado Romam pulcram.* Unde *Romam* ponitur ibi ad determinandum immediate ipsum motum, et construitur cum hoc quod est *vado.* Sed ipsum adiectivum ibi ponitur per naturam substantivi sui, et non in ratione adverbii, sed in ratione adiectivi determinantis suum substantivum, quod est nomen simplex, ut patebit postea. Et per hoc patet solutio ad illud « accidentis esse est inesse; » quia cum adiectiva dicant accidens eorum esse inesse et inherere suis substantivis, quare, cum *Roma* sit tale substantivum respectu sui accidentis vel sue determinationis, bene dicitur *vado Romam pulcram*. . . Ista nomina *Roma*, *Carnotum* et similia, possunt considerari dupliciter, aut quantum ad impositionem et significationem, et sic sunt nomina simpliciter, aut quantum ad officium, et sic sunt adverbia, quia accipiuntur pro adverbiis localibus et consimilibus. Sed sicut non sequitur : « verbum infinitivi modi ponitur nominaliter, cum dicitur *legere est bonum*, ergo est nomen, » sic non sequitur : « nomen est adverbialiter positum, ergo est adverbium. » Quod sit nomen adverbialiter posi-

[1] quia *Cod.* quod patet *ra.*

tum innuit actor iste, ubi dicit *ad nomen positum sic*, id est adverbialiter. Hoc idem innuit Priscianus et Commentator manifeste, ut per litteram utriusque postea declarabitur..... Omne illud quod ad alterum comparatur sub accidente determinato, habet cum illo constructionem, sicut cum dico *vado Romam*, hec dictio *Romam* ad illud quod est *vado*, sub certo accidente comparatur, quia sub accusativo. Male namque diceretur *vado Rome*. Unde hoc quod est *Romam*, constructionem habet cum hoc quod est *vado*. Et hoc potest probari per Priscianum et Commentatorem et hunc actorem. Cum ergo tale nomen positum adverbialiter constructionem habeat et sit nomen simpliciter, nichil impedit quin recipiat adiectivum. Hoc probatur per Priscianum dicentem [1] in tractatu de adverbio : « *Forte* autem ablativus. Sic *sponte sua* et *mane primo* nomina ostenduntur esse coniunctione aliorum casualium ut *domi sue*... » Et hoc idem confirmat *P. H* [2]. manifeste dicens : « Tullius, ad determinandum de cuius domo dicatur, addit adiectivum, ut *domi mee, domi tue*, et cetera. » Et subiungit *P. H* [3]. ista verba : « Si queratur ubi est ille, fretus auctoritate Tullii congrue poteris respondere *domi tue est* vel *mee*, et hoc totum *domi* et cetera pro uno adverbio ponetur. » Hoc idem vult Ovidius in Methamorphosi [4] dicens : *orta domi parva parvis habitabat Ypepis*. Et est proprium nomen loci hec dictio *Ypepis* positum adverbialiter. Idem innuit Ovidius in libro Heroydum [5] dicens : *doctas eat, inquit, Athenas.* »

§ XII. — Emploi des cas avec les prépositions.

Priscien avait dit (XIV, 14, 15) que le nominatif ne se construit pas avec les prépositions, parce qu'il est un cas intransitif, et que les prépositions signifient toujours *transitio*, passage de l'acte d'une personne sur une autre. Pierre Hélie songea à demander pourquoi les prépositions ne se construisent en latin qu'avec l'accusatif et l'ablatif :

(N 115 XIV, 14) Fortasse queretur quid est quod prepositiones apud nos

[1] XV, 10.

[2] C'est Pierre Hélie qui est ainsi désigné. Voir N 125. XV, 8.

[3] Petrus Helye *ra*.

[4] VI, 13.

[5] II, 83.

soli accusativo et ablativo per appositionem iunguntur, cum genitivi et dativi similiter sint transitivi, et presertim cum apud Grecos prepositiones eis per appositionem addantur. Sed opinor causa penurie factum hoc esse apud Grecos. Quoniam enim carent ablativo, coguntur iungere prepositionem cum genitivo vel dativo, ut compleant vim ablativi cum prepositione prolati. Sed tamen adhuc in questione est cur prepositiones apud nos per appositionem genitivo vel dativo casui vel non possint vel non debeant adiungi. Sed puto ipsis genitivorum consignificationibus nec non etiam dativorum implicitam [esse][1] quarundam quodammodo vim prepositionum. Quid enim est *lego discipulis*, nisi quod *lectionem facio ad eos?* Quid est item *misereor Socratis*, nisi quod *commoveor super eius afflictione?* Vel quid est *iste equus est Socratis*, nisi *ad ipsum et eius possessionem pertinens?* Quoniam ergo huiuscemodi casus in suis significationibus vim prepositionum habent implicitam, non autem prepositionibus appositis alie possunt apponi, propterea verisimile satis est his casibus prepositiones per appositionem non posse adiungi. Nec enim sine ratione a Latinis factum est, cum Greci prepositiones, ut dictum est, apponant casibus predictis. Si quis autem commodius hoc idem solvere possit, nichil impedio. Neque enim ab alio vel questionem hanc vel solutionem invenio fieri.

Au XIIIe siècle voici comment on expliquait la construction des cas avec les prépositions :

(R 93 *adde per et similes*) Prepositio reducit casuale ad actum..... Secundum quod casuale significat principium actus..... (prepositio) construitur cum ablativo..... Secundum quod significat terminum actus, construitur cum accusativo... Terminus actus est duplex : uno modo est terminus actus recipiens actum et terminans[2], et terminans habitus immediate unitur cum eo cuius est terminus, et accusativus determinans vel designans huiusmodi terminum immediate et sine prepositione unitur cum verbo; alio modo est terminus terminans actum solummodo, itaque non recipiens, et hoc duobus modis : aut enim est terminus communis, et accusativus huiusmodi terminum designans mediante prepositione per vocem expressam habebit ordinationem, ut *vado ad eclesiam;* aut est terminus pro-

[1] *Omm. Codd.* — [2] terminum *Cod.* — La rédaction de *ra* est différente.

prius, et accusativus significans huiusmodi terminum ratione appropriationis, mediante prepositione subintellecta, construitur, ut *vado Romam*. Sicut dico de accusativo significante terminum motus, sic dico de ablativo eius principium designante.

§ XIII. — Du participe.

Alexandre termine son chapitre du régime par une énumération des adverbes de lieu formés avec des pronoms et par les règles de la formation du participe. Il ne s'écarte point de la tradition ancienne en cette partie du Doctrinal. Nous n'insisterons ici que sur la manière dont on envisageait l'emploi du participe avec le verbe substantif pour former les temps composés du passif.

Priscien avait touché à l'emploi du verbe substantif avec le participe dans la formation des temps passés de la voix passive (VIII, 51; XVII, 82). Voici comment on traitait cette question du temps de Pierre Hélie :

(*nb* 139 v°. XVII, 82) Si vero queratur cur participium et verbum substantivum sumul iuncta[1] ponantur pro preterito et quomodo significationem eius compleant[2], in promptu[3] ratio est. Preteritum namque actionem vel passionem principaliter significat, secundario sue rei copulationem et preteritionem; innuit et idem quod significat, fuisse presens. Participium ergo additum verbo substantivo complet significationem passionis; substantivum vero additum[4] participio consignificat eius copulationem et preteritionem, innuit ergo etiam passionem quandoque fuisse presentem, ut cum dico *amatus sum*, ita quoque hec simul coniuncta iure preteriti[5] significationem complent. Si vero queratur quomodo *sum*, cum presentis temporis sit, cum preterito participio, quod passionem significat, intransitive

[1] iucta *Cod.* — La rédaction de N est différente en tout ce passage.
[2] excompleant *Cod.*
[3] promtu *Cod.*
[4] additur *Cod.*
[5] participii *Cod.*

iungatur, dicemus : quoniam *sum* simplex presens et absolutum [significat][1], significat quandoque perfectum, quia rei esse[2] in unoquoque instanti est. Quod nulli alii verbo presenti convenit, nisi vocativo, quod habet similem vim ei.

Ailleurs, à propos de Priscien (VIII 60), il dit :

(N 75. *Spec.* c. 96) Adiungit iterum et alia verba, in quibus preteritum et omnia que ex ipso formantur, solo usu deficiunt, scilicet in passivis omnibus et communibus et deponentibus. In quo aperte est contra illos qui *amatus sum* dicunt esse unum verbum et huiusmodi alia. Dicit tamen preterita eorum suppleri per participium preteriti temporis et *sum* verbum substantivum ei adiunctum, ut *amatus sum*. Debet enim omne preteritum verbi designare actionem vel passionem ut preteritum, quod facit *amatus*. Debet etiam copulationem sui ipsius ad rem subiectam et designare et facere, quod per *sum* verbum additum completur.

On ignorait la différence qu'il y a entre *amatus sum* et *fui* :

(N 72 v°. VIII, 51) Queritur quare, cum *amatus sum* compleat vicem[3] preteriti passivi, dicatur loco eius *amatus fui*. Dicunt ergo quidam quod ideo ut consimilem habeat preteritis[4] terminationem, cum omne preteritum terminetur in *i*.

Au XIIIe siècle on appelait *suppletio* cet emploi du participe avec le verbe substantif, expression que l'on tirait sans doute de Priscien (XI, 26) : « Quod deest latinitatis linguæ naturaliter, completur iuncturæ ratione. » Voici les questions qu'on se posait à ce sujet. Gosvin de Marbais :

(Y 82 v°) Primo queritur quid sit suppletio. Item queritur quare suppletio potius sit in verbis quam in nominibus vel in aliis partibus orationis. Et quod suppletio debeat esse in nomine, hoc videtur tali ratione : Quoniam suppletiones sunt invente, ut illud quod non poterat in una dictione significari, pluribus dictionibus significetur, cum ergo duplex qualitas sit in

[1] *Om. Cod.*
[2] rei esse — res esse eius *Cod.*
[3] vocem *Codd.*
[4] preterit *Cod.* preteriti *na.*

nomine, scilicet substantialis et accidentalis, que non possunt significari unica dictione, ergo suppletiones necessarie erunt in nomine. Item queritur quare suppletiones potius fiant in passivis quam in neutralibus vel activis. Item queritur quare potius fiant in preterito quam in presenti vel futuro. Item queritur quare potius fiat suppletio in futuro subiunctivi modi quam alterius modi. Item queritur quare in preterito plusquamperfecto fiat suppletio per preteritum imperfectum et plusquamperfectum, sed in preterito perfecto per presens et preteritum perfectum. Item queritur quare suppletio potius fiat per participium quam per aliam partem orationis. Item queritur quare potius ponatur verbum substantivum quam verbum adiectivum. Item queritur quando verbum substantivum debeat precedere participium, et quando non. Item queritur utrum mulier de se possit proferre *amatus sum* vel *fui*. Et videtur quod non, tali ratione : Quoniam voces sunt note earum passionum que sunt in anima, cum ergo inter signum et signatum debeat esse proportio et convenientia, et mulier sit sub feminino genere, ergo mulier de se non poterit proferre *amatus sum* vel *fui*, cum *amatus* sit masculini generis et ibi sit repugnantia generum. Item genus tam in nomine quam in participio est proprietas discernendi sexum circa rem significatam a dictione. Cum ergo mulier sit feminini generis, de se inconvenienter per *amatus sum* vel *fui* significat. Ad oppositum : suppletio est vocis non imposite ad significandum per iuncturam dictionum expressio. Cum ergo mulier preteritum passivum, si esset impositum, de se convenienter posset significare, similiter et iuncturam dictionum ipsum circumloquentium. Item queritur utrum *amatus sum* vel *fui* sit dictio vel oratio. Et videtur quod sit dictio, tali ratione : quia declinatio est proprietas dictionis et non orationis, cum ergo hoc quod est *amatus sum* vel *fui*, ponatur in declinatione verbi, debet dictio et non oratio appellari. Item omne illud quod potest alteri apponere est dictio vel habet naturam dictionis. Sed hoc quod est *amatus sum* vel *fui* potest alteri apponere, quia convenienter dicitur *ego sum* vel *fui amatus*. Quare erit dictio vel habens naturam dictionis. Ad oppositum : que est comparatio loci ad locatum, eadem est comparatio temporis ad motum. Sed diversitati locorum respondet diversitas locatorum. Ergo similiter diversitati temporum respondet diversitas motuum. Sed [in][1] hoc quod est [*amatus*][2] *sum* vel *fui*,

[1] *Om. Cod.* — [2] *Om. Cod.*

sunt diversa[1] tempora. Quare sibi respondebit diversitas motuum. Sed diversi motus non possunt in unica dictione significari, nisi equivoce, sed hoc non contingit in proposito reperire. Ergo hoc quod est *amatus sum* vel *fui*, erit oratio et non dictio. Item queritur, si possit esse dictio vel oratio, quomodo differant. Solutio. Ad primum dicendum est quod suppletio est vocis non imposite ad significandum per iuncturam dictionum expressio. Et sciendum quod duabus de causis invente fuerunt suppletiones : una, propter commoditatem, alia, propter necessitatem. Suppletio que fit propter commoditatem, est unius vocis minus note per notiorem dictionem expressio; et talis suppletio potest dici interpretatio, ut *philosophus* in greco exponitur per hoc quod est *amator sapientie* in latino. Sed suppletio que fit propter necessitatem est ut motus et eius terminus, qui in unica dictione significari non poterant, per plures dictiones circumloquerentur; et quia verbum significat motum et per modum motus, ideo talis suppletio potius fit in verbo quam in aliis partibus orationis. Ad aliud, quod arguitur, quod suppletio debet esse in nomine, dicendum est quod nomen in generali solum imponitur a qualitate substantiali, et quia talis qualitas poterat significari una dictione, ideo suppletiones non fiunt in nomine. Ad primam questionem dicendum est quod suppletiones fiunt, ut motus et eius terminus, qui in unica dictione significari non poterant, per plures dictiones significarentur, et quia actio est in fieri et non in facto esse, passio vero in termino esse, ideo potius fiunt suppletiones in passivis quam in neutralibus et activis. Per hoc patet responsio ad secundam questionem. Presens enim et futurum neutrum est iam terminatum, quemadmodum preteritum; et ideo fiunt suppletiones in preteritis, non autem in presentibus vel futuris. Ad aliud dicendum est quod futurum subiunctivi modi formatur a preterito, et quia in preterito est suppletio, ideo suppletio est in tali futuro. Ad aliud dicendum est quod preteritum plusquamperfectum est iamdudum et maxime terminatum, et ideo eius terminus nunquam est presens, sed semper preteritus, et hoc dupliciter, scilicet propinque et remote, ita quod ratione termini propinqui fit suppletio per preteritum imperfectum, sed ratione termini remoti fit suppletio per preteritum plusquamperfectum. Sed preteritum perfectum non est iamdudum terminatum, sed eius terminus est presens vel preteritus; et

[1] diversorum *Cod.*

ideo est ibi suppletio per presens et per preteritum. Ad aliud dicendum est quod illud quod congruit [cum][1] altero, maxime supplet vices eius, et quia participium plus congruit cum verbo quam alia pars orationis, ideo fit suppletio per participium. Ad aliud dicendum est quod suppletiones fiunt, ut motus et eius terminus per plures dictiones significentur, et quia hoc verbum *sum es est* verbum est expracticum[2], id est significans rem suam extra comparationem et motum, ideo potius ponitur in suppletione, quam aliud verbum. Et notandum quod hoc verbum *sum es est* dupliciter potest considerari, uno modo in ratione comparationis, et alio modo in ratione termini. Si primo modo, cum comparatio sit ante, sic verbum est ante participium ordinandum, dicendo sic *sum* vel *fui amatus*. Si vero consideretur in ratione termini motus, et cum motus sit ante terminum, sic est participium ante verbum ordinandum, dicendo sic *amatus sum* vel *fui*. Ad hoc autem quod postea querebatur, utrum mulier de se possit dicere *amatus sum* vel *fui*, dicendum est quod hec[3] duo *amatus sum* vel *fui* possunt dupliciter considerari : uno modo in ratione preteriti non impositi ad significandum, et sic sicut mulier de se posset proferre illud preteritum, si[4] esset impositum ad significandum, sic potest proferre per iuncturam dictionum ipsum circumloquentium ; et hoc modo *amatus sum* vel *fui* debet dici dictio. Alio modo est loqui de hoc quod est *amatus sum* vel *fui*, ratione vocum circumloquentium ipsum preteritum ; et quia in vocibus est repugnantia generum, ideo secundum hoc mulier non potest dicere *amatus sum* vel *fui;* et hoc modo debet dici oratio. Et per istam distinctionem patet solutio ad utramque rationem probleumaticam.

Le régime du participe est le même que celui du verbe d'où il vient[5].

Le participe devient nom à quatre conditions[6] :

Dum mutat regimen, sit participans tibi nomen,
Dum perdit tempus, dum comparat; associamus
Istis compositum, dum simplex sit tibi verbum[7].

[1] *Om. Cod.*
[2] Voir ci-dessus, p. 108.
[3] est *Cod.*
[4] sit *Cod.*
[5] Priscien, XI, 3; XVIII, 34.
[6] Priscien, XI, 5, 31.
[7] Ainsi *nocens* est un participe; mais le composé *innocens* est un nom.

(R 104 *dum mutat*) Dubitatur autem utrum participium quatuor modis transeat in vim nominis. Non per compositionem, quia prepositio, cum additur[1] participio per compositionem, transit in naturam ipsius cui preponitur. Quare prepositio non trahet participium, sed trahetur a participio. . . . Preterea nec constructione. Nam constructio est proprietas in partibus, que est posterior. Sed posterius non transmutat prius . . . Item neque tempore, quia tempus est mensura actus. Quare remota mensura, removetur et mensuratum. Sed in participio sunt tempus et actus. Quare si removetur tempus, et actus removebitur. Et sic remanet mera substantia. Quare participium sic transit in pronomen, et non in nomen; nam duo erant in participio, substantia et actus. Item nec comparatione; quia comparationi non repugnat verbum, quia potest habere comparationem et remanere verbum. Dicitur enim *detero, deterior*[2]. Contra. Omne illud quod distinguitur ab alio propter proprietates que in ipso sunt, ipsis remotis, transit in ipsum, ut cum dicitur unum elementum differre ab alio per qualitatem contrariam, si removetur qualitas contraria, transit in alterum. Quare cum participium opponatur nomini per suas proprietates, remoto tempore et actu, que sunt proprietates participii, ipsum participium in nomen transibit. Ad hoc dicendum est quod participium transit in nomen. Nam una est causa generalis transitus, quia actus convertitur in habitum. Unde illa quatuor supra dicta non sunt causa, sed sunt signa quando actus debeat converti in habitum. Et habitus est qualitas in eo, et ex substantia et qualitate fit nomen. Ideo participium est nomen, quando actus convertitur in habitum.

III. De la construction.

§ Ier. — Ordre régulier des mots.

Quelques grammairiens anciens avaient pensé que le nom devait être placé avant le verbe, le verbe avant l'adverbe, le nom avant l'adjectif et le pronom[3]. Suivant Priscien (XVII,

[1] addatur *Cod.* La rédaction de *ra* est différente.

[2] Priscien, III, 1.

[3] Denys d'Halicarnasse, *De Comp. verb.* V. — Quintilien, IX, 4, 24. — Voir H. Weil, *De l'ordre des mots dans les langues anciennes comparées aux langues modernes*, pp. 5-6.

105), l'ordre régulier exige que le nom ou le pronom soient placés avant le verbe, parce que la substance, qui fait ou supporte l'action, est naturellement antérieure à l'acte, qui n'est qu'un accident de la substance[1]. Cette manière de voir est adoptée et développée dans un fragment du XIe siècle[2]. Pierre Hélie a passé sous silence ce passage de Priscien[3], je ne sais pourquoi. Il emploie d'ailleurs le mot *construere* avec le sens de *faire la construction*[4]; et de même Alexandre, quand il donne les préceptes suivants (ch. IX) :

Construe sic : casum, si sit, prepone vocantem.
Mox rectum pones. Hinc personale locabis
Verbum, quod primo statues, si cetera desint.
Tertius hinc casus et quartus sepe sequuntur,
Aut verbo subdes adverbia. Subde secundum
Casum rectori. Debet vox prepositiva
Quarto preiungi vel sexto, quem regit ipsa.

Cependant la glose *Admirantes* ne s'explique pas nettement sur l'emploi de cet ordre qu'elle appelle (R 106 *construe sic*) « debita et communis forma constructionis, communis modus in contextu partium orationis. » Elle emploie d'ailleurs constamment le mot *construere* pour désigner l'ordre dans lequel on doit ranger les mots afin de faire comprendre les rapports grammaticaux qui sont entre les termes du texte que l'on explique[5]. Voici comment on rendait raison de cet ordre :

(II 152 v°) Nominativus et vocativus precedunt verbum ..., quia nominativus et vocativus significant substantiam ..., et verbum significat

[1] Ce passage n'est pas traduit d'Apollonius.

[2] Voir ci-dessus, p. 87.

[3] On ne trouve rien ni dans le manuscrit N 164 v°, ni dans *nb* 141 v°. Le passage de Priscien n'est pas même rappelé. Robert Kilwardby le paraphrase sans entrer dans aucune explication.

[4] Voir ci-dessus, p. 123, l'extrait de N 24 v°.

[5] Voir ci-dessus, p. 266, n. 2; 269, n. 3; ci-dessous, p. 354, n. 3.

agere vel pati. . . . . , et quia substantia precedit quoslibet actus diffinitione cogitatione, tempore . . . Quia vocativus dicit et significat substantiam excitate, nominativus dicit et significat substantiam agentem, et quia aliquis prius excitatur ad agendum, quam agat, ideo vocativus precedit nominativum . . . A verbo incipienda est constructio, si casus defficient ante dicti, . . . quia verbum habet suppositum expressum vel intellectum . . . (153 v°) Dativus et accusativus postponuntur suis verbis . . ., quia illud quod determinat dependentiam alicuius, sequitur illud . . . Videtur michi quod non est ordo inter ipsos . . . Quia determinatio sequitur suum determinabile, et quia adverbium est determinatio verbi et verbum est determinabile, ideo verbum sequitur ipsum . . . (154) Genitivus ponitur post istam partem a qua regitur . . . Causa est ne videatur ab alia[1] parte regi. Sed contra *ab solis ortu* . . . Dico quod ibi ponitur causa ornatus. Quare non valet . . . Dicit actor quod prepositio ante accusativum et ablativum situatur, quos ipsa debet gubernare . . . Nota primo quod prepositio non regit nec gubernat, sed disponit casuale. Quod est contra actorem, qui tenet hoc in pluribus locis. Secundo nota que est causa . . . Causa est quia prepositiones sunt confuse significationis. Ideo ut determinarentur per casum, preponuntur ipsi . . . Alia causa est quia illud quod ponitur medium inter aliqua duo extrema, precedit ultimum extremum.

On se conformait à cet ordre en expliquant les textes[2], plutôt qu'en parlant et en écrivant. Toutefois les écrivains du moyen âge s'écartent peu, du moins en prose, de l'ordre que nous appelons *analytique,* et que les auteurs qui ont traité de l'art d'écrire appelaient, dès le commencement du XIIIe siècle, *ordo naturalis,* par opposition à l'*ordo artificialis* (inversion)

(Y z 1) Scias itaque quod duplex est ordo, scilicet naturalis et artificialis. Naturalis ordo est, quando nominativus cum determinatione sua precedit et verbum sequitur cum sua, ut *ego amo te.* Artificialis ordo vel dispositio est, quando partes proprie transponuntur et pulcrius ordinantur, ut *Petrum sincera dilectione prosequor et amplector.* Unde scias quod prepositio

[1] ista *Cod.* — [2] Voir un peu plus bas, p. 344, l'extrait du manuscrit 11386.

potest removeri a suo casu proprie mediante genitivo, ut *de Petri bonitate confido.* Non tamen bene diceretur *bonitate loquor de Bernardi*[1], licet tamen posset determinatio interponi, ut *de vestra confido non modicum bonitate.* Verborum etiam transpositio turpis et incongrua fugiatur, ut *omnis capud habet homo,* quia non est pretextu alicuius ornatus deformis transpositio facienda, ut *vestre de servitiis michi factis quascumque possum gratiarum actiones huberas et immensas refero bonitati.* Vides hic qualiter hoc adiectivum *vestre* confunditur[2] ex nimia distantia substantivi. Item ad venustatem pertinet ut nominativi et obliqui sequantur et verba nunc primum, nunc medium, nunc ultimum locum debeant possidere. Exemplum : *Labuntur in nimiam egestatem divitie temporales.* Item ad pulcritudinem et ornatum pertinet ut relativum coniunctione non egens suum preveniat antecedens. Exemplum : *Qui penitentiam non egerit in presenti peccatorum, venia negabitur in futuro.* Item ad magnam pertinet venustatem ut relativum nullo mediante ponatur iuxta verbum. Exemplum : *In merorem non de facili labitur qui metitur rerum exitus sapienter.*

On lit de même dans un manuscrit du XIVe siècle[3] (11386, f° 30) :

In constructione duplex est ordo, naturalis videlicet et artificialis. Naturalis est ille qui pertinet ad expositionem, quando nominativus cum determinatione sua precedit et verbum sequitur cum sua, ut *ego amo te.* Artificialis ordo vel compositio est illa que pertinet ad dictationem, quando partes pulcrius disponuntur; que sic a Tullio[4] definitur : Compositio artificialis est constructio equaliter polita.

§ II. — Exceptions à l'ordre régulier.

(R 106 *infinitivum*) Postquam actor communem modum in contextu partium orationis posuit, hic ponit impedimenta que contingunt aliquando contra istum contextum.

[1] Bernadi *Cod.*

[2] confiditur *Cod. La restitution ne me semble pas certaine.*

[3] J'ai rectifié le texte au moyen d'un autre manuscrit (8652, f° 14).

[4] *Rhet. ad Her.* IV 12, 18.

Ces empêchements à la construction régulière proviennent: 1° de l'infinitif; 2° du participe; 3° de l'ablatif absolu; 4° de la signification de certains verbes; 5° des noms relatifs et interrogatifs; 6° de l'antécédent; 7° de l'ellipse du verbe. Voici comment la glose *Admirantes* divise la portion du texte d'Alexandre qui comprend les empêchements 1°-4° :

(*rb* 2 *construe sic*) Secunda in duas dividitur. In prima ponit impedimenta contra communem formam, in secunda ponit impedimenta contra doctrinam quam dederat de forma constructionis transitive; et quia intransitio precedit transitionem, sicut idemptitas diversitatem, propterea patet ordo. Prima *infinitivum* (1°-2°), secunda *aut ablativi* (3°-4°). Hec secunda in duas. In prima ponit impedimenta contra doctrinam quam dederat de forma constructionis transitive, secundum quod illa impedimenta proveniunt per dictiones casuales, sicut est nomen vel participium; in secunda, secundum quod illa impedimenta proveniunt per dictionem non casualem, sicut per verbum. Ex hoc patet ordo. Prima *aut ablativi* (3°), secunda *appellans verbum* (4°). Item illa prima in qua dat impedimenta contra doctrinam datam de forma constructionis intransitive, in duas dividitur. In prima ponit impedimenta provenientia[1] ex nomine et verbo, ut patebit in littera, in secunda ponit impedimenta provenientia[2] ex participio. Ordo patet, quia nomen et verbum participio preponuntur. Prima *infinitivum* (1°), secunda *que iunges* (2°). Item illa prima in duas. In prima procedit dando doctrinam et exemplificando in nomine, in secunda exemplificando in verbo. Prima *infinitivum*, secunda *verbaque sunt*.

Infinitif. — Il se place après des adjectifs comme *habilis*, *piger, aptus,* par figure[3], après les verbes *audeo, debeo, delecto, dignor, disco, gaudeo, incipio, iubeo, mereor, moneo, nitor, paro, possum, propero, scio, soleo, tempto, volo, urgeo, decet, licet, penitet, piget, pudet, tedet,* et ceux qui ont le même sens ou un sens

[1] precedentia *Cod.*
[2] precedentia *Cod.*
[3] Priscien, XVIII, 44.

contraire[1]; précédé de l'accusatif, il se place après un grand nombre d'autres verbes[2].

(R 107 *infinitivum*) Cum sic dicitur *homo habilis currere placet michi*, ibi post hunc nominativum *habilis* ponitur immediate infinitivus in ratione accusativi. Et est ibi impedimentum contra illam formam quam superius assignavit, ubi dicit quod post nominativum ponitur verbum personale immediate . . . Cum dicitur *nititur currere* . . . . . , ibi est impedimentum . . . contra illud quod supra dixerat, quod post verbum est ponendus dativus vel accusativus. Hic nempe . . . non accusativus, sed infinitivus subsequitur in modo accusativi.

(R 106 *infinitivum*) Nomen dividitur in adiectivum et substantivum. Cum ergo nomen substantivum non possit cum infinitivo per figuram construi, videtur quod nec similiter nomen adiectivum possit cum infinitivo construi per figuram . . . Dicendum est quod adiectivum per naturam sue significationis plus habet inclinationem ad actum, quam substantivum, et ita, licet substantivum nullo modo possit construi cum accusativo vel cum infinitivo, adiectivum tamen bene poterit construi. — Videtur quod non sit ibi ulla figura *fortis bellare*. Verborum quedam sunt que possunt proprie construi cum ablativo sine prepositione; et hoc fit, quando ablativus designat proprium instrumentum ipsius actus, ut cum dicitur *video oculis*. Cum ergo *fortis* dicat virtutem, que potest comparari ad actum, qui est bellare, construetur proprie cum ipso. . . Dicendum est quod constructio que est cum accusativo, debetur ei gratia modi actus, mediante quo modo differt verbum a nomine. Et ideo nomen proprie non potest illam habere constructionem. Cum igitur verbum infinitivi modi accipiatur hic loco accusativi, ideo cum ipso non potest construi sine figura. Sed constructio cum ablativo et aliis casibus non est gratia modi actus, sed magis gratia rei significate. Cum igitur res eadem significata sit in nomine et in verbo, ideo cum aliis casibus construi possunt sine figura. —Hic est synodoche figura constructionis, in quantum est ibi aliqua improprietas in via construendi, quia, cum ille infinitivus sit in ratione accusativi, inducitur ibi figura constructionis. Et quoniam ibi pars ponitur pro toto (nam ibi ponitur verbum infinitivi modi pro gerun-

[1] Priscien, XVIII, 51, 45. — [2] *Id. ibid.* 147, 148.

divo), quia ibi est specificatio per infinitivum ibi positum, propterea ibi est figura locutionis. Hoc totum patet per Priscianum, qui sic dicit *fortis bellare*, id est *ad bellandum*. Secundum Donatum ibi est silempsis vel poterit silempsis assignari.

Participe. — Il a la construction du verbe, sauf avec le nominatif, qui ne se construit comme *suppositum* qu'avec un verbe.

(HH 88) Queritur quare participium non construitur cum nominativo a parte ante, sicut verbum a quo descendit. Ad quod dicendum quod illam substantiam quam recipit verbum extra in ratione subpositi, habet participium intra se . . . ., quia cum dicitur *legens*, sensus est *qui legit*, et ita habet in se hoc quod dico *qui*.

Ablatif absolu. — Il suit ou précède, mais il est rarement enclavé.

(R 107 *aut ablativi*) Hic ponit impedimenta contra formam debitam constructionis transitive, quia, cum ablativus sit transitivus, deberet postponi in construendo. Sed quandoque preponitur, . . . ut *magistro legente, proficiunt scolares;* . . . aliquando postponitur, ut *civitas adornatur, rege adveniente;* aliquando interponitur, sed raro, ut *qui sunt prebendati, campana pulsante, tendunt ad ecclesiam.*

Signification de certains verbes. — Les verbes qui signifient *appeler*, le verbe substantif et les verbes qui ont une signification analogue peuvent être suivis du nominatif. Les verbes passifs ont souvent la construction du verbe substantif.

(R 107 *appellans verbum*) Dixerat actor superius quod post verbum sequitur accusativus vel obliqus. Sed contra illam formam constructionis impedimentum in hoc loco ostendens, dicit quod post verbum sequitur nominativus, et non accusativus, quandoque, nec obliqus, ut si dicatur *vocor Sor, sum clericus, nuncupor Iohannes, ordinor presbiter, incedo superbus.*

Noms relatifs et interrogatifs. — Ils se placent avant le verbe, même aux cas obliques. Il en est de même des adverbes qui en dérivent, et de *cum, quia, dum, donec, quantum,* et autres mots qui ont implicitement la valeur d'un relatif.

(R 108 *quis, qualis*) Illud relativum (*à savoir* quis) et similia sibi, ut *qualis, quantus*, et alia similia, semper ordinantur a parte ante, sive transitive sive intransitive construuntur, quia bene dicitur *Sor currit, qui disputat*, et *Sor currit, quem video*, sed non bene dicitur *video quem*. Fit ergo hec ordinatio vel gratia significati vel gratia consignificati. Non gratia consignificati, sicut patet per accidentia discurrenti. Si dicat quispiam quod est ratione significati, quod est relatio, vel ratione infinite significationis, contra. Quedam pronomina sunt relativa, et ea sunt adeo infinite significationis, vel magis, quam nomen relativum; et tamen illa non habent huiusmodi ordinationem. Unde bene dicitur *Sor currit, et video ipsum*[1]. Propterea dicendum quod omne relativum, ex eo quod exigit novum sibi verbum adiungi, quantum est de natura relationis, vult esse principium nove constructionis. Unde omne relativum vel exigit sibi coniunctionem preponi, ut pronomen relativum, sicut ibi *Sor currit, et ipse movetur* vel *et ipsum video*, et sic de aliis, vel includit coniunctionem in suo intellectu, que, in quantum de natura sua, est exponibilis, ut sic debeant exponi omnia nomina relativa *Sor, qui est albus, sedet*, hoc modo *Sor sedet, et ille est albus*. Item *Sor currit, quem video, Sor currit, et ipsum video*, et sic de aliis. Quoniam igitur nomina relativa[2] habent in se intellectum coniunctionis exponibilis, et per se[3] illa exigit preordinari verbo, eo quod coniungit orationes sive compositiones, ideo ipsa nomina relativa exigunt suis verbis preordinari. Sed quoniam pronomina relativa non habent in se intellectum coniunctionis, sed respiciunt illam extra se, ideo, cum transitive construuntur, possunt postponi suis verbis, sicut patet, cum dicitur *Sor currit, et video illum*.

(*Ibid.*) Dubitatur . . . quare interrogativa in obliquo debent precedere verba sua, ut hic *quem queris?* Ad hoc dicendum est quod hoc provenit a natura interrogationis, que, quantum in se est, sub confusione est et sub incertitudine et indeterminatione. Sed accusativus post verbum constructus

[1] ipsum *ante* video *Codd.* — [2] interrogativa *Codd.* — [3] per se *ante* et *Codd.*

in ratione determinantis se habet. Ideoque talis interrogativis non competit ordinatio. Propter hoc eadem nomina, si habeant ordinationem in constructione post sua verba, ex tali ordinatione naturam suscipiunt determinationis, ut patet, si dicatur *video quem hominem*, id est aliquem hominem. Et hoc modo abiciunt naturam interrogationis, ut patet, naturam aliam assumendo. Propter quod ea oportuit in constructione ordinari, in quantum sunt interrogativa, sicut innuitur ab actore.

(R 109 *cum, quia, dum*) Sicut relativa, ratione copulationis quam includunt, habent preponi suis verbis, sic[1] et illa, cum naturam habeant ligativam orationis ad aliam orationem, ratione illius ligationis vel copule suis verbis in constructionis ordinatione preponuntur.

Antécédent. — L'antécédent à un cas oblique peut précéder le nominatif ou un cas oblique du relatif qu'il annonce :

Isti subveniet mater sua vel *pater eius*[2].

(R 109 *camque relativis*) Cum ita sit quod antecedens suum precedere debeat relativum, et relativum subsequi postulet, quamvis antecedens sit in obliquitate, nichilominus preponi poterit in construendo.

Verbe substantif. — Il faut souvent le sous-entendre :

Verbum multotiens substantivum petis extra.

La glose *Admirantes* donne à ce vers une interprétation évidemment contraire à la pensée d'Alexandre :

(R 110 *verbum multotiens*) Construe sic : tu *petis verbum multotiens extra*, id est extra locutionem, id est tu subiunges verbum . . ., aut sit adiectivum aut sit substantivum . . ., et tu *petis extra* nomen *substantivum*.

Et voici comment elle développe cette explication :

Hactenus manifestavit actor constructionem impropriam, secundum quod eius improprietas provenit ex eis que ponuntur in constructione. Hic ma-

[1] sicut *Cod. rb. om. ra.* — [2] *Suus, is* étaient des relatifs. Voir ci-dessous, p. 355.

nifestat improprietatem que provenit ex defectu..... Aut defectus talis provenit ex defectu verbi aut ex defectu nominis. Si sit ex defectu verbi, hoc potest esse dupliciter, vel a parte substantivi verbi vel a parte adiectivi vel utriusque. Si a parte verbi substantivi, sic potest esse exemplum *magister cuius generis?* Item *primus amor Phebi*[1]. Si a parte verbi adiectivi, sic est exemplum *hac Aretusa tenus*[2]. Si a parte utriusque, sic est exemplum *hec secum : precibusne bonum parere parentis*[3]... Item est defectus alicuius nominis substantivi, et hoc contingit maxime, quando adiectivum positum in locutione per naturam sue significationis speciale sibi querit et determinat ibi substantivum, ut patet in hac locutione *sillogizantem ponendum est terminos.* Namque per naturam illius adiectivi satis sufficienter datur intelligi substantivum, quod est *clericum* vel *logicum.*

§ III. — Règles de l'accord et exceptions.

Quoique les irrégularités et les constructions dont Alexandre traite à partir de cet endroit ne se rapportent pas à l'ordre dans lequel il faut ranger les mots pour expliquer un texte, elles tiennent pourtant toutes à la manière dont il faut analyser une phrase pour rendre raison des rapports grammaticaux qui en unissent les parties; et, en prenant les mots de *construere* et de *constructio* dans cette acception, que lui donnait sans doute Alexandre, tout ce qui remplit cette seconde partie du IXe chapitre du *Doctrinal* est certainement relatif à la *constructio.*

Alexandre n'expose nulle part les règles fondamentales de l'accord, sans doute parce qu'il les jugeait trop élémentaires. Mais il est facile de suppléer à son silence.

Priscien avait posé les principes dans un passage (XVII, 153) que ni Pierre Hélie ni Robert Kilwardby n'ont commenté.

[1] Ovide, *Met.* I, 452

[2] *Id. ibid.* V, 642.

[3] Je ne sais d'où ce vers est tiré.

Néanmoins on faisait beaucoup de questions sur la construction de l'adjectif avec le substantif. Gosvin de Marbais :

(Y 74) Queritur de constructione adiectivi cum suo substantivo. Et videtur quod unum cum alio non possit construi, tali ratione, quoniam duorum distantium non est possibilis constructio, cum constructio sit constructibilium unio; sed adiectivum distat a suo substantivo, cum ipsa sint opposita, quoniam opposita sunt, que posita sunt sub eodem genere et maxime a se distant... Preterea eadem est significatio in nomine concreto et abstracto. Sed accidens abstractum non construitur cum substantivo; non enim dicitur *Sor albedo*. Quare similiter accidens concretum cum eodem non constructur. Ad oppositum omne id quod dependet ab altero et exigit conformari cum ipso in genere, casu et numero, illud cum eo construitur, unde[1] locus a causa sufficienti et iusta. Sed adiectivum dependet a substantivo et exigit predictam conformitatem accidentium. Quare adiectivum cum substantivo suo construetur : quod concedendum est. Sed quod adiectivum possit construi cum substantivo sub repugnantia accidentium, hoc ostendo, quoniam opposita in diversis non repugnant. Ergo numerus singularis a parte adiectivi non repugnat numero plurali a parte substantivi. Similiter potest argui de omnibus aliis accidentibus, quare inter ipsa conformitas accidentium non requiritur. Gratia huius queritur que sit causa efficiens et disponens construendi unum cum alio. Ad hoc primo dicendum est quod debita adiectivitas a parte adiectivi et debita substantivatio a parte substantivi sunt causa construendi adiectivum cum suo substantivo. Unde eandem qualitatem important *album* et *albedo*, sed differenti modo. Nam *albedo* importat qualitatem per modum per se stantis et ideo cum substantivo non potest construi, *album* vero dependenter. Et dicitur debita adiectivitas ad differentiam adiectivitatis que est in nomine abstracto, ut *albedo*, *nigredo*. Dicitur similiter debita substantivatio ad differentiam istorum nominum *humanus* et *equinus*, que de se improprie construuntur cum adiectivis, nisi respectu substantie explicite prehabite. *Humanus* enim et *equinus* eandem important substantiam, quam important *homo* et *equus;* sed differunt, quia *humanus* et *equinus* significant substantiam dependenter, et ideo cum adiectivis improprie construuntur. Causa vero disponens est conformitas accidentium; et ex hiis unitis insimul

[1] *Le sens exige* ut probat.

virtus construendi unum cum altero efficitur. Ad rationes autem in oppositum RESPONDENDUM EST, et primo AD PRIMAM, dicendo quod licet adiectivum differat a suo substantivo ratione essentie, tamen unitur adiectivum cum substantivo et est idem cum ipso quoad esse; et hoc requiritur in constructione. Nota quod essentia est id per quod unumquodque est id quod est nomine absoluto, esse vero est id quod causatur ex unione vere forme cum vera materia. AD ALIUD dicendum est quod, licet significatio sit eadem in abstracto et concreto, tamen modi significandi sunt diversi, cum abstractum significet per se stanter, quemadmodum substantivum; et in omni constructione exigitur unum constructibile ad aliud dependere. AD HOC autem quod querebatur utrum in constructione adiectivi cum substantivo requiratur idemptitas accidentium, dicendum est quod sic, quoniam adiectivum unitum cum suo substantivo est idem numero cum ipso, et ideo exigit conformari cum ipso in genere, numero et casu. Nota quod opposita in diversis non repugnant... Opposita in diversis sic se habent, quod unum non repellit reliquum, ut albedo que est in me, non expellit nigredinem que est in te vel in pariete. Sciendum tamen est quod in diversis repugnant et non repugnant; unde repugnant quantum ad essentiam, non repugnant tamen quantum ad operationem; et est operatio oppositorum, quando unum expellit reliquum .... Si opposita in diversis considerantur, quantum ad essentiam suam, hoc modo repugnant, ut albedo est color disgregativus visus, nigredo vero congregativus. Si vero considerantur[1], quantum ad operationem suam..., hoc modo opposita in diversis non repugnant, ut nigredo que est in me non expellit albedinem que est in te, nec repugnat ei. Ad rationem in oppositum dicendum est quod opposita in diversis distantibus, ex quibus non fit unum, non repugnant; sed ex adiectivo et substantivo fit unum; ideo repugnat in ipsis diversitas accidentium.

On élevait des difficultés sur la construction de l'adjectif avec un nom propre :

(R 110 *mobilis et fixi*) Queritur utrum adiectivum nomen vel adiectiva nomina possint construi cum propriis nominibus, sicut cum appellativis

[1] consideratur *Cod.*

construuntur. . . . Et videtur quod sic incongruitas causatur ex repugnantia significatorum vel consignificatorum. Sed cum dicitur *Sor albus*, cum utrumque significet substantiam cum qualitate, non est repugnantia significatorum; similiter neque consignificatorum, quia non est ibi repugnantia accidentium, sicut per se patet. Ergo congrua, ut videtur. Ad quod dicendum est quod adiectiva nomina possunt nominibus communibus associari, cuius rei causa est quia adiectivum facit discretionem circa substantiam significatam per nomina communia. Sed cum substantia que significatur per nomen proprium, sit discreta et finita, si addatur ei nomen adiectivum, non addetur convenienter, quia quod discretum est et finitum superadditione non indiget, nisi fiat ad ambiguitatem et equivocationem removendam, ut cum dicitur *Troia parva* vel *nova* ad differentiam Troie magne vel antique. Ad illud quod obicitur, dicitur quod, cum dicitur *Sor albus*, incongruitas est ibi, quia, licet non ibi sit repugnantia consignificatorum et accidentium, tamen est ibi repugnantia significatorum generalium, quod sic patet. Duplex namque est significatio generalis : una est que convenit omni nomini, sicut significare substantiam cum qualitate; quantum ad hanc, non est ibi repugnantia. Est et alia significatio generalis, sicut illa que est alicuius speciei nominis, et hec non dicitur omni nomini convenire, sicut nomen proprium et appellativum habent quodammodo significationem generalem diversam; et quantum ad hanc, dicitur quod hic est oppositio *Sor albus*. Unde quidam solent hic soloecismum assignare, et hoc per Donatum[1], qui dicit quod ibi est soloecismus sive incongruitas, cum dicitur *crudelis Dardanus*, quia hoc nomen proprium *Dardanus* pro hoc appellativo *Dardanius* ponitur. Unde proprio nomini additur hoc nomen *crudelis*, quod addi deberet nomini communi. Ex hoc incongruitas causatur vel generatur. Nichilominus conceditur quod hec est congrua *Sor est albus*, quia, cum sit ibi verbum substantivum medium ligans ista duo extrema, aliter et aliter est hinc et inde. Et attende quod bene dicitur *solus Sor*.

Alexandre mentionne trois exceptions aux règles de l'accord de l'adjectif et du verbe avec le substantif.

1° Solius est generis adiectivum, variatque

[1] Voir p. 1769 P. L'exemple est de Virgile, *Æn.* IV, 661.

Cum numero casum, velut hic : *Venit una sororum;*
Est inter fratres bonus, aut *de fratribus unus.*

(R 111 *mobilis et fixi*) Cum dicitur *una sororum*, respectu huius adiectivi *una* consideratur duplex subiectum, scilicet mediatum et immediatum; mediatum voco istud subiectum *sororum*, expressione cuius mediante resultat intellectus huius subiecti *soror*, quod immediatam habet unionem cum illo adiectivo *una*. Et quoniam talis intellectus leviter hinc resultat, hec est causa quare ita potuit dici. Causa quare oportuit ita dici, est expeditior modus loquendi, ut per se patet. Et preterea cum satis sufficienter intelligatur hoc subiectum *soror*, magis esset superfluum, si adderetur, quam necessarium, et ita descenderemus aliquatenus ad vicium quod est pleonasmos. Sed istud paucorum intellectui se presentat. Intelligendo igitur de subiecto mediato et expresso in locutione, verum dicit actor. Sed intelligendo de immediato, falsum esset.

2° Cum diversorum verbum rectis numerorum
Interponatur, utrilibet equiparatur :
Sermones summi patris est meditatio iusti.

(R 111 *cum diversorum*) Quando hoc verbum *sum, es, est*, inter nominativos diversorum numerorum ponitur, ab utroque potest trahere accidentia sua, diversis tamen respectibus, quia, si a nominativo pluralis numeri trahat accidentia, illum nominativum exigit pro supposito, ut si dicatur *testimonia tua* et cetera[1]. Si fiat e converso [ut][2] a nominativo singulari trahat accidentia, verbum illud exiget illum nominativum sibi pro supposito, ut si dicatur *meditatio mea est mandata tua*... Sic constructio facienda est : *meditatio mea est testimonia tua* vel *mandata tua*. In loquendo tamen potuit preponere illum nominativum *testimonia* gratia dignitatis, licet in construendo[3] vere non precedat, ut fit in multis aliis exemplis, ut hic *divellimur Yphitus et Pelyas*[4]. Sed si obicitur contra id quod ibi dicitur, quod alia erant davidica et alia erant testimonia dominica vel mandata, unde videtur esse redar-

[1] *Psalm.* CXVIII, 99 : « testimonia tua « meditatio est mea. » — *Ibid.* 143 : « man- « data tua meditatio mea est. »

[2] *Omm. Cod. ra — Tout ce passage manque dans rb.*

[3] C'est-à-dire *en faisant la construction.*

[4] Virgile, *Æn.* II, 434 dans Priscien XVII, 165.

guendus, ad hoc[1] dicendum est quod revera debitus sensus huius locutionis est talis : *mea meditatio est in testimoniis tuis.* Dicit tamen id aliter ad maiorem sententie expressionem. Unde cum maius sit aliquid hoc esse, quam in hoc, sicut patet cum dicitur *iste homo est anima mea et meum desiderium*, licet sit sensus *in meo desiderio*, propterea dicit primo modo. A simili dicitur in hac parte *meditatio mea* et cetera. Per hoc enim significatur solum quod testimonia Dei solam eius meditationem totaliter occupabant. Per hoc enim meditationes excludit frivolas et mundanas.

3° Quando relativum generum casus variorum
Inter se claudunt, qui rem spectant ad eandem,
Per genus hoc poterit utrilibet assimilari :
Est pia stirps Jesse, quem Christum credimus esse.
Sic adiectivum reperimus sepe locatum :
Est coluber facta vel *factus mistica virga.*
Ponere suprema duo non debes sine causa.

(R 111 *ponere suprema*) Cum dicitur *mistica virga facta fuit coluber,* passio designata per hoc verbum *fit* immediate radicatur in substantia designata per primum nominativum, qui est *virga*, et a parte post exigit nominativum sequentem per naturam copule. Ita et suum participium, quod est *facta*, a parte ante debet immediate conglutinari et uniri huic nominativo *virga*, et a parte post per virtutem copule debet exigere sequentem nominativum, ut si dicatur *mistica virga est facta coluber.* Quare[2] si dicatur *est factus coluber mistica virga*, tunc hec dictio *coluber* non regitur ab hoc participio *factus*, sed ibi esset talis constructio sicut *mistica virga est coluber exaltatus*, quod alia constructio ibi talis est : *est pia stirps Jesse, quem* et cetera.

§ IV. — Rapports du relatif avec l'antécédent.

Priscien (XII, 3) distingue, d'après Apollonius, les pronoms en démonstratifs, qui désignent une personne présente, comme les pronoms de la première et de la seconde personne et *hic*,

[1] quod *Cod. rb* ad hoc *om. ra.* — [2] quia *Codd.*

iste, et en relatifs qui rappellent l'idée d'une personne déjà connue, comme *is, sui. Ille, ipse,* sont tantôt démonstratifs, tantôt relatifs. Il considérait *quis, qui, quæ, quod, qualis, quantus, quot,* non comme des pronoms, mais comme des noms qui sont tantôt interrogatifs, tantôt indéfinis, tantôt relatifs, et qui, en ce dernier emploi, servent à rappeler un objet déjà connu[1]. Le mot *relativum* fut pris dans la même étendue au moyen âge; et l'usage prévalut, dès le commencement du XIIIe siècle, de désigner par *antecedens*[2] le mot exprimé ou sous-entendu dont le pronom ou le nom relatifs rappellent l'idée. Cette expression ne se rencontre pas encore dans Pierre Hélie, au moins comme terme technique et consacré. Elle est fréquente dans Alexandre, qui lui donne la forme de *precedens* pour la faire entrer dans ses hexamètres.

Pierre Hélie suit Priscien de très-près en ce qui touche la *relatio.* Il distingue pourtant deux espèces de *relatio :*

(*nb* 132. XVII, 31) Possumus... dicere quod duobus modis fit relatio, quandoque directe, quod fit, quando relativum trahit secum id ad quod refertur, in eodem casu, ita quod istud preponitur, ut si dicam *Virgilius, qui scripsit Eneida* et cetera, id est *qui Virgilius scripsit Eneida,* ut scilicet *qui* secum trahat nominativum *Virgilius;* rursus fit quandoque indirecte relatio, quando refertur aliquid sub alio casu, quam sit id ad quod refertur. Cum ergo dicit Priscianus[3] quod ad vocativum non fit relatio, de indirecta relatione loquitur.

Au XIIIe siècle on distinguait beaucoup plus d'espèces de *relatio* et on distinguait aussi plusieurs espèces de relatifs. Sponcius :

(T *w* 8 v°) Relativorum aliud est relativum substantie, aliud proprietatis, relativum substantie ut *qui, que, quod, alius, ille, ipse, hic* et *sui,* relativum

[1] XVII, 32, 33. II, 30. — [2] Priscien (XVII, 32, 194, 205) a suggéré cette expression. — [3] XVII, 194.

proprietatis ut *qualis*, *quantus* et *quot*. Et est sciendum quod relativum substantie debet esse eiusdem generis et eiusdem numeri cum suo antecedente, ut *homo legit, qui disputat*. . . Relativum proprietatis semper debet trahere genus a sequenti, ut *tale est mare, qualis est Rodanus*. . . (8) Relatio est, ut ait Priscianus, antelate rei repetitio vel representatio. Relationum alia est ecleptica, et alia non ecleptica. Ecleptica est illa quando relativum ponitur per defectum antecedentis, ut *qui legit disputat*. Non ecleptica est, quando relativum et antecedens ponuntur in locutione, ut *homo qui legit, disputat*. Et notandum quod hoc relativum *qui* potest poni per omnes suos casus per defectum antecedentis, ut *qui legit disputat*, subintelligitur *homo*, *cuius misereris est hic*, subintelligitur *ille* vel *homo*, *cui parcis est hic*, subintelligitur *ille* vel *homo*... Item obliqus non potest subintelligi, nisi relativum ponatur in consimili casu, ut *misereor cuius misereris*, subintelligitur *illius*..... Unde inconvenienter diceretur *video cuius misereris*. Item relativa proprietatis semper ponuntur per defectum sui similis, ut *qualis legit, disputat*, subintelligitur *talis*. Item relationum alia directa, alia indirecta; alia intrinseca, alia extrinseca; alia intrasumpta, alia extrasumpta; alia mutua; alia simplex et alia personalis. Directa est illa que fit per similes casus, ut *homo legit, qui disputat*. Indirecta est illa que fit per dissimiles casus, ut *homo legit, quem video*. Intrinseca est illa que implicat in se antecedens et relativum, ut *idem legit et disputat*, id est *aliquis legit et idem disputat*. Omnes alie sunt extrinsece, ut *P. legit, qui disputat*. Intrasumpta est illa, quando relativum et antecedens ponuntur in una simplici oratione, ut *Sortes diligit se*. Extrasumpta est illa quando antecedens ponitur in una simplici oratione et relativum in alia, ut *homo legit, qui disputat*. Mutua relatio est illa quando unum relativum tenetur relative alteri relativo, ut *ille qui legit, disputat*.

Les dénominations et les définitions des *relatio simplex* et *personalis* ont été empruntées à la logique du temps[1]. Suivant

[1] Cf. Pierre d'Espagne, *Summule logicales*, traité *De suppositionibus;* Vincent de Beauvais, *Speculum doctrinale*, III, 36. La terminologie et la théorie logique de la *suppositio* n'apparaissent pas avant le XIIIe siècle. Le plus ancien texte où je l'aie rencontrée est dans le *Doctrinal* d'Alexandre de Villedieu. Voir ci-dessous, p. 366. Je crois avoir démontré (*Revue archéologique*, 1864, p. 267 et suiv.; *Revue*

les logiciens un terme général désigne substantivement, ou, comme on disait dès le commencement du XIIIe siècle, *suppose pour* (*supponit pro*) la classe d'idées à laquelle sa signification est rapportée, comme dans *homo est species, animal est genus,* ou pour tout ce qui est compris dans l'étendue de sa signification, comme dans *omnis homo est animal.* La première *suppositio* était appelée *simplex,* la seconde *personalis.* On disait de même de la *relatio :*

(T *w* 8 v°) Personalis relatio est, quando antecedens supponit pro uno appellativo et relativum pro eodem, ut *P. legit, qui disputat.* Simplex est, quando antecedens supponit pro uno appellativo et relativum pro alio, ut in theologia *mulier dampnavit, que salvavit.*

La construction régulière du relatif était celle où la *relatio* était *extrinseca, extrasumpta* et *personalis.* On posait en principe que le relatif et son antécédent doivent se construire avec des verbes différents.

(R 111 *quando relativum*) Relativum et suum antecedens cum diversis verbis construuntur. Sed CONTRA hoc obicitur. Convenienter enim dicitur *Sor videt se*, et tamen hoc relativum et suum antecedens cum diversis verbis non construuntur. ITEM convenienter *Iupiter, eius genitivus est Jovis ;* et tamen ordinantur relativum et suum antecedens cum eodem verbo. ITEM adiectivum et substantivum construuntur cum eodem verbo. Cum ergo re-

critique, 1867, articles 63, 136) que la rédaction grecque des *Summule* est une traduction du latin de Pierre d'Espagne et non un ouvrage original de Michel Psellus. L'origine du mot *suppositio* doit être cherchée dans Priscien, qui traduit par *suppositum* le grec *ὑποκείμενον,* XVII, 23 (cf. Apollonius, *De Constr.* 19, 7), 27, 33, 41. De *suppositum* on a formé *suppositio,* qui se trouve dans Pierre Hélie (*nb* 128 v°. XVII, 20) : « *Virgilius scripsit Bucolica. Is scripsit Georgica. Idem scripsit Eneida.* Per hoc nomen *Virgilius* fit ibi prima rei suppositio. Per hoc nomen *is* facio secundam rei suppositionem et primam relationem. Per hoc nomen *idem* facio tertiam rei suppositionem et secundam relationem. » — Quant au mot *personalis,* qui signifie ici *individuel,* il est, sans doute, tiré de la manière dont on définissait la *persona* d'après Boëce. Voir un peu plus bas, p. 361.

lativum sit adiectivum et eius antecedens sit ei substantivum, cum eodem verbo habent constructionem. Solutio. Ad primum et ad secundum dicendum est quod regula generaliter intelligenda est de relativo non reciproco et quando ponitur antecedens significative et non materialiter. Ad ultimum dicendum est quod dictio relativa magis habet [naturam supponendi] [1] quam dictio simpliciter adiectiva, quia dictio adiectiva nullo modo habet in se vim supponendi. Et ideo cum non habeat illam naturam, sed [2] acquirat dictio simpliciter adiectiva innitens suo substantivo, per naturam substantivi habet naturam supponendi, et non aliter. Propter hoc ergo ut hanc naturam accipiat ab unione cum suo substantivo, oportet quod construatur cum eodem, cum quo et suum substantivum. Sed secus est de relativo et suo antecedente. Nam relativum et antecedens exigunt diversa verba, quia per naturam relationis fit notitia secunda, per naturam antecedentis fit prima, et hoc in comparatione ad suum actum. Quia ergo primam et secundam notitiam non possunt facere respectu eiusdem actus et ut eiusdem, sed diversorum vel eiusdem repetiti, relativum et suum antecedens cum eodem verbo non construuntur. Relativum autem per comparationem ad suum antecedens, cuius significationem importat, et recipit naturam et proprietatem supponendi. Unde cum alia adiectiva careant tali comparatione, carent et tali constructione.

On se demandait pourquoi le relatif ne s'accorde pas en cas avec son antécédent :

(R 108 *quis qualis*) Queritur de hoc, quod relativum et suum antecedens possunt poni in diversis casibus, cum casus sit proprietas consequens substantiam, sicut genus aut numerus aut persona, et in antecedente [3] et relativo eadem sit substantia; sed [4] manente eadem substantia, manet identitas accidentium. Item adiectivum cum suo substantivo genere, numero, persona et casu vult conformari. Sed relativum est adiectivum respectu sui antecedentis. Queritur quare magis exigitur relativum cum suo antecedente conformari [5] genere numero et persona, quam casu. Ad quod dicendum

[1] *Omm. Codd.*

[2] et *Codd.*

[3] accidente *ra* in..... substantia *omm.* R *rb.*

[4] aut *Cod.* et *ra rb.*

[5] cum... conformari *om. Cod.* et suum antecedens conformari *rb* suum antecedens conformari *ra.*

est quod ratio huius rei est quoniam, quamvis hec omnia accidentia sint advenientia ex parte substantie, cum genus, numerus et persona consequantur in se substantiam, ideo, manente substantia in se, manent accidentia, sed secus est de casu, quia casus adheret substantie in comparatione ad aliud. Unde quoniam eadem substantia potest ad diversa diversimode comparari, propterea, quamvis relativum et antecedens designent eandem substantiam, comparantur tamen ad actus diversos. Patet quod debent conformari genere, numero et persona, non tamen in casu necessario conformantur. Ex hiis patet solutio AD PRIMUM. AD SECUNDUM dicendum est quod secus est de nomine adiectivo absoluto et relativo. Et hoc est quoniam, cum adiectivum absolutum eandem habeat comparationem ad verbum, quam ad suum substantivum, ideo ei in casu sicut in aliis conformatur, sed secus est de adiectivo relativo, sicut patuit in predictis.

On distinguait sept espèces de *relatio simplex* suivant les manières dont la signification du relatif diffère de celle de l'antécédent (T *w* 8 v°). Cette classification ne se rencontre pas dans le Doctrinal ni dans la glose, que je suivrai de préférence, parce que leur exposition est plus complète.

Alexandre ne connaît qu'une espèce de *relatio simplex* :

Occurretque tibi quandoque relatio simplex :
Femina, que clausit vite portam, reseravit.

(R 112 *occurretque*) Sicut suppositionum alia simplex, alia personalis, sic relationum alia simplex, alia personalis, et sicut suppositio simplex dicitur multis modis, ita et relatio simplex sive impersonalis. Sane simplex suppositio dicitur tripliciter: uno modo, quando terminus communis in sua ordinatione est proprium nomen speciei, ut *homo est species;* alio modo, quando stat pro qualitate et non pro substantia, ut omne nomen commune, quando predicatur, ut *homo est animal* (unde ridiculum est querere quod animal, quia non stat pro substantia nominis); tertio modo solet dici, quando terminus communis stat pro individuo, non tamen significato, ut *piper venditur hic et Rome.* Sed quoniam simplex relatio dicitur a privatione persone, queritur quomodo persona sumatur in hoc loco, cum plures habeat accep-

tiones. Nam persona dicitur quandoque accidens verbi vel pronominis; sed sic non accipitur in hoc loco. Item secundum Boetium[1] persona est individua essentia rationalis nature; sed secundum hoc persona soli homini convenit, et sic omnis relatio esset impersonalis, que fieret ad terminum non significantem rem rationalem, ut *video asinum qui currit.* Sed hoc est falsum, quia hec et similes relationes sunt personales; et ideo illo modo persona non accipitur in hoc loco... Dicendum est quod... persona in hoc loco est res individua accidentibus circumscripta, ut sunt tempus, locus, figura. Nam talia rem individuant, et illam ostendunt esse rem singularem. Aliter tamen potest dici persona, sed redit in idem. Persona, secundum quod hic sumitur, est individuum alicuius speciei. Per hoc patet quod, cum dicitur simplex sive impersonalis relatio, hec dictio *simplex* sive *impersonalis* privat collectionem[2] accidentium que faciunt ad individuationem rei, et tunc ipsa dictio stat pro simplici, sicut pro genere vel specie. Sed de hac locutione *mulier, que dampnavit, salvavit,* dubitatur, quia aut hoc relativum *que* refert idem specie aut idem numero. Si numero, contra. Mulier que dampnavit fuit Eva, et illa que salvavit fuit Maria; et ita falsa esset locutio. Si diceretur idem referri in specie, contra. Species neque dampnat neque salvat; et sic iterum falsa esset. Ad quod dicendum est quod, si dicta antiquorum volumus sustinere, in illa locutione et in similibus ammiscetur intentio speciei et individui sub hoc modo intelligendi : mulier, id est res huius nature vel speciei, dampnavit, et res eiusdem speciei salvavit. Sic ergo sensus est: mulier dampnavit et mulier salvavit... Huiusmodi constructiones... possunt fieri ad maiorem rei exaltationem, quia per illam relationem que patet in exemplo littere ibi posito, laus sexus feminei designatur magis, quam aliter significaretur.

Le relatif peut se rapporter à un mot sous-entendu contenu dans l'antécédent :

Rex est Carnoti, patrie que prevalet omni.

(R 112 *ad partem*) Sicut patet in littera et sicut dicit Priscianus, diversa genera construuntur adinvicem, ut si diceretur *Preneste sub ipsa*[3], *rex est*

[1] *De Duabus naturis et una persona Christi* (*Opp.* p. 950).

[2] *sic Codd.*

[3] Virgile, *Æn.* VIII, 561, dans Priscien XVII, 158, 188.

Carnoti et cetera. Sed videtur quod tales locutiones incongrue sunt simpliciter. Per relativum et antecedens, et per adiectivum et suum substantivum una et eadem substantia designatur. Cum ergo unam et eandem substantiam designari impossibile sit sub diversis generibus, omnis talis constructio est simpliciter incongrua. Item Aristoteles[1] in libro de Anima, ubi probat quod anima non movet se ipsam, dicit quod impossibile est unum et idem esse agens et patiens. Similiter cum genus masculinum sumatur a qualitate activa et femineum a qualitate passiva, sicut impossibile est simul esse agens et patiens, similiter impossibile est unum et idem esse sub diversis generibus. Sed eadem est substantia adiectivi et substantivi. Ergo impossibile est adiectivum construi cum substantivo in diversitate generum. Ad quod dicendum est quod genus sequitur formam secundum hunc actum qui est copulare et a quolibet alio segregare. Dicit enim Aristoteles in quinto decimo de Animalibus[2] quod forma in dando esse dat discretionem sexuum. Unde iuxta qualitatem activam sumit gramaticus masculinum genus, et iuxta passivam femininum; neutrum sumitur a qualitate se habente per indifferentiam, que, inquam, qualitas est accidentalis. *Preneste* autem imponitur a qualitate accidentali, et propter hoc consequitur neutrum genus accidentale, quod non potest esse substantiale. Dat ergo *Preneste* intelligere civitatem, sicut accidentale, substantiale. Similiter genus neutrum, quod imponitur a qualitate accidentali, dat intelligere femininum. Ratione cuius bene dicitur *Preneste sub ipsa*, et hoc dicit Priscianus, quod referens ad intellectum eius quod est *civitas*, dat intelligere femininum... Licet impossibile sit eandem substantiam esse sub diversis generibus, tamen secus est in vocibus. Dictio enim aliqua potest dare intelligere de sua significatione, que sunt diversorum generum; ratione quorum intellectorum potest relativum ad talem dictionem relationem facere diversimode.

L'antécédent peut s'accorder en cas avec le relatif quand il le précède immédiatement :

Sermonem quem vos audistis, verus habetur.
Usu communi tamen hoc non debet haberi.

[1] I, 3. 406 b 11-15. — Il n'emploie pas le principe énoncé ici.

[2] *De Generatione anim.* I, 20. 729 a 1-12.

(R 112 *sepe relativo*) Quamvis antecedens debeat habere per se suum verbum, tamen aliquando redditur ad verbum sui relativi in eadem casualitate; et hoc potest esse, quando antecedens immediate preiungitur suo relativo, ut hic *urbem quam statuo;* et hoc dicit Priscianus [1], quod ibi ponitur casus pro casu, et ibi est antitosis. Sed contra. Unum oppositum non habet poni pro suo opposito. Sed omnes casus ex opposito distinguntur. Ergo unus casus non debet poni pro alio. Quare hec simpliciter est incongrua... Item inter omnes casus maximam habent oppositionem nominativus et accusativus, quia nominativus maxime est intransitivus et accusativus maxime transitivus. Ex hoc videtur quod unum non possit pro altero poni. Quare redit in idem, quod prius. Solutio. Si casus ponitur pro casu, hoc est dupliciter, aut absolute, aut in comparatione sive mediante aliquo tertio. Si primo modo, oportet quod communicet in habitudine cum eo pro quo ponitur; et hoc modo nominativus pro vocativo ponitur, quia utrumque dicit causam materialem actus. Unde Priscianus [2] in fine primi Constructionum *censoremne tuum vel quod trabeate salutas* [3]... Si mediante tertio, sic quilibet casus potest poni pro alio, ut si dicam *urbem quam statuo vestra est*... Per hoc patet solutio ad argumenta. Quamvis enim oppositum pro suo opposito non possit poni, quantum de se, respectu tamen tertii bene potest. Ex hoc patet causa quare ita dici potuit. Causa quare ita dici oportuit est expressio sententie vel intellectus..... Loquens volebat significare se fecisse urbem que, licet iam esset urbs, tamen adhuc se habebat in receptione augmentationis; et ideo oportuit quod significaretur urbs in casu dicente terminum in receptione; et talis est accusativus..... Similiter intelligere possemus in hoc exemplo *sermonem quem audistis non est meus* [4]. Proferens volebat significare quod sermo ille se haberet in receptione corroborationis et declarationis; et ideo voluit hoc significare in casu receptivo, et ideo in accusativo. Item ut notaretur vehementer et omnino identitas rei significate vel supposite per antecedens et suum relativum tam a parte significationis quam a parte accidentium, quod ita aliter notari non poterat, oportuit

[1] XVII, 160. Virgile, *Æn.* I, 573.

[2] XVII, 208.

[3] Perse, *Sat.* III, 29. — censorem..... salutas — censorem nisi mirum vel quod turbare solens vel censorem neutrum vel quod trabeate salutas R censoremne tuum vel quod tribuat te salutas *rb* censoremne tuum vel quod trabeate salutat *ra*.

[4] Jean, XIV, 24.

forsitan ita dici, ac si diceret : in audiendo sermonem meum neque aliquid accidentale neque essentiale amisistis. Immo fuit integra sermonis susceptio hinc et inde.

L'adjectif et le relatif peuvent se rapporter au génitif dont le sens est compris dans le possessif, comme dans *mea defuncte da molliter ossa cubare*[1], et dans *mea scripta legis, qui sum submotus ad Histrum*[2] :

(R 113 *invenies*) Cum dicatur convenienter gratia integri intellectus, ut *filius Sortis* et in hiis similibus, si fiat aliter vel gratia particularis intellectus, erit indirecta constructio. Sed cum dicitur *defuncte mea*, id est defuncte mei, id est amice mei, que est defuncta, tunc fit illa constructio non gratia integri intellectus illius dictionis *mea*, sed gratia particularis intellectus, quia fit illa constructio ratione genitivi primitivi pronominis, quod est *mei*. Unde sensus est *ossa mee* [*amice*][3] *defuncte*. Per hoc quod dicit *mea*, notat possessionem suam respectu ossium, que reputat pre dilectione nimia tanquam sua. Per naturam genitivi primitivi intellecti in possessivo fit constructio respectu huius dictionis *defuncte*. Ex hoc igitur patet quod ibi duplex possessio denotatur, una quidem respectu amici ad ossa, alia respectu amici ad amicam. Licet igitur sit ibi aliquantula improprietas et indirectio prenotata, oportuit tamen quod illa fieret indirectio, ut exprimeretur duplex possessio sive indirectio supra dicta. Et hec est causa quare oportuit fieri hanc locutionem... Causa quare potuit fieri est communis ratio possessivorum, in quibus intelligitur genitivus primitivi, gratia cuius fit constructio supra dicta..... Ex hiis satis potest inveniri ratio et subtilitas illius exempli quod sequitur... *mea scripta legis*. Cum hec dictio relativa *qui* appetat antecedens substantivum, cum referatur ad adiectivum *mea*, inde resultat quedam indirectio. Quod patet. Refertur namque ad istud adiectivum, non gratia adiectivationis, sed gratia genitivi primitivi ibi intellecti, cuius gratia id potuit fieri. Sed causa propter quam oportuit est expressio sententie, quia, si diceret *scripta mei*, non tantum exprimeretur, quantum exprimitur dicendo *scripta mea, qui sum* et cetera... Namque exprimitur possessio tantum in scripta per naturam huius possessivi pronominis, quod est *mea;* et per

[1] Ovide, *Amor.* I, 8, 108.
[2] *Id. Pont.* III, 4, 91.
[3] mee amice — meam *Cod.* mea *ra rb.*

naturam genitivi primitivi relati ad hoc relativum *qui* exprimitur comparatio artificis ad suum artificium, quod est *scripta*. Sic igitur in locutione facta per possessivum taliter ordinatum duo exprimuntur, quorum unum solummodo exprimeretur, si genitivus primitivi ibi solum poneretur

L'antécédent peut être employé absolument :

Tua virga tuus baculusque,
Ipsa michi vere prebent solatia vite.

(R 113 *ponis ob id*) Dicit actor quomodo fit relatio ad antecedens positum absolute. . .[1] Dicendo verba ista *virga tua et baculus tuus* et cetera, de Deo loquebatur, qui erat virga sua, id est sua correptio, et baculus suus, id est sua sustentatio. Et quia divina essentia est absoluta et independens, non alligata, ad illam absolutionem et independentiam designandam ibi ponitur nominativus absolute non dependens nec astrictus per regimen alicui dictioni..... Terrenam secludens consolationem, addidit hoc signum, scilicet *ipsa*, quod est discretum, ac si diceret *ipsa et non alia*, iuxta Priscianum[2] et illud Grecismi[3] « *Ipse*que multotiens pro *non alius* reperitur » ..... Ad designandum quod neutrum illorum. . . magis consolabatur altero....., *ipsa* dixit potius sub neutro genere, quam sub alio, maxime cum neutrum naturam huiusmodi representet et sumatur a qualitate indifferenti.

Le relatif peut se rapporter à un verbe ou à un adjectif, comme dans *fugis* ou *piger es, michi quod procul absit :*

(R 113 *ad verbum sepe*) Contra. Relativum referendo idem significat, quod et suum antecedens. Si ergo verbum sit antecedens, ab ipso relativum importabit suam significationem. Sed significatio verbi est agere vel pati. Ergo relativum a verbo importabit hanc significationem que est agere vel pati. Sed que important huiusmodi significationem verba sunt vel a verbis descendentia. Ergo relativum sic referens verbum verbum erit vel a verbo descendens : quorum utrumque falsum est; ergo et primum. Item relativum trahit ab antecedente naturam supponendi. Cum igitur nomen adiectivum vel verbum, in quantum talia, naturam supponendi non habeant, relativo

[1] Voir ci-dessus, p. 269.
[2] XVII, 205.
[3] Grécisme, ch. xii.

non poterunt conferre naturam supponendi. Quare improprie dicitur *fugis, quod procul* et cetera. Ad quod dicendum est quod duplex est significatio verbi, scilicet significatio que dicitur modus significandi, sicut significare per modum actionis vel passionis, et hanc generalem significationem non referunt relativa, de qua significatione obiciebatur; est autem alia significatio specialis, que est res significata in verbo per modum nature nominalis, gratia cuius potest fieri ad verbum relatio sub hoc modo significandi. *Fugis*, id est *fugam facis*, vel *fugere te indicas, quod*, id est *fugam facere* et cetera. Similiter circa nomen adiectivum verbo copulatum expositio facienda est, ut sic fiat relatio : *Piger es*, id est *pigrum te esse indicas, quod*, id est *pigrum esse* et cetera..... Causa quare potuit fieri, per preambula declaratur. Causa quare oportet est necessitas sententie breviter declarande, que aliter non tam breviter posset declarari.

Le relatif peut se rapporter à l'antécédent considéré grammaticalement, comme mot, et non dans sa signification, ou, comme on disait, *materialiter* et non *significative*. Réciproquement l'antécédent peut être employé *materialiter*, et le relatif, *significative* :

Pro sola voce supponit[1] sepe relatum,
Quamvis precedens supponat significando :
Dat Deus aureolam, quod nomen habetur ab auro.
Estque relativis precedens materialis :
Nomen Equiria fit[2]; *nobis placet illa videre.*

(R 114 *pro sola voce*) *Dat Deus aureolam* ..... Dicitur quod ibi est relatio indirecta. Sed contra. In antecedente duo sunt, scilicet vox et significatio. Et ad utrumque diversis respectibus potest relativum referri, ut exempla plurima manifestant. Cum ergo in exemplo predicto relativum referatur ad vocem, videtur quod non propter hoc est ibi improprietas. E converso potest dici in exemplo sequenti. Ad quod dicendum est quod verum est quod relativum potest referri ad vocem et ad significationem.

[1] Sur cet emploi du mot *supponere*, voir ci-dessus, p. 357, note 1.

[2] Ovide, *Fast.* II, 859 : permansit Equiria nomen.

Hoc est verum; tamen attendendum est quod secundum statum et exigentiam antecedentis relativum se debet habere. Unde si antecedens ponatur materialiter, relativum debet sequi supponendo materialiter, ut cum dicitur *magister est nomen appellativum quod declinatur sic;* et, si antecedens ponatur significative, relativum debet supponere significative, ut per se patet. Si fiat aliter ita quod relativum referat suum antecedens aliter quam ipsum invenerat, tunc erit improprietas... Causa autem quare potest fieri est facilitas apprehendendi apud sapientes et provectos, qui per discrepantem qualitatem sive per diversum accidens antecedentis et relativi de facili considerant et apprehendunt diversitatem inter illa. Causa quare oportuit fieri, est duplex, scilicet modus expeditus et brevitas loquendi... Alia causa, propter quam oportet sic fieri. Nam, si ab aliquo apud sapientes et provectos taliter diceretur *dat Deus aureolam, et aureola est nomen...*, dicendo istud videremur eis ignorantiam imputare, cum *aureolam* esse nomen sit non solum sapientibus, sed etiam rudibus manifestum. Per hoc potes videre que cause excusantes sunt in exemplo consequenter posito *nomen Equiria fit.*

Le relatif a souvent une autre signification que l'antécédent :

Sunt Domini, que nos fecere, manus crucifixe [1].

(R 114 *sepe relativum*) *Manus Domini fecere nos.....* cum dicitur, intelligitur de manibus divinis, sicut de diligentia et potentia divina. Sed, cum subiungitur *que sunt crucifixe*, mediante illo relativo cum eo quod sequitur, intelliguntur manus carnales, que crucifigi potuerunt, sed divine nequaquam, cum deitas nichil patiatur. Ex tali igitur permutatione resultat ibi quedam improprietas. Sed quia hoc totum *manus Domini* est antecedens, gratia huius antecedentis intelligi potest hoc verbum *fecere.* Sive secludendo illud verbum, sequi potest illud relativum *que*, referendo manus Domini, sub quadam tamen varietate habita per hoc quod subiungitur, et hinc est causa quare potest fieri talis constructio. Causa propter quam oportuit fuit expressio intellectus, quia per naturam illius relativi comparationem habentis ad id quod precedit et id quod sequitur, maior gratia conditoris

[1] (R 114) Construe : *manus Domini, que manus domini* et cetera.

et dilectio designatur, quia ibi exprimitur per naturam relativi quod suis manibus nos creavit, et patiendo suis nos manibus redemit. Huius rei subtilitas et profunditas subtiliter intuentibus patet.

Le relatif peut être d'un autre nombre que l'antécédent :

Et numerum mutat : *Hominem divina potestas*
Plasmat, eosque marem factor creat et mulierem [1].

(R 114 *et numerum*) Hoc antecedens *hominem* supponit quodam modo pro pluribus ut pro Adam et Eva, et in hoc sapit naturam nominis collectivi, ut per hanc naturam sit ibi pluralitas inclusa. Hec fuit causa per quam potuit sequi relativum in plurali numero. Causa propter quam oportuit, fuit expressio sententie, quia cum Eva viro suo fuerit unita in materia, quia de costa viri facta fuit, cum quo fuerat inserta per copulam maritalem, ad denotandam consociam unionem necesse fuit hoc significare sub accidente nominante maxime unionem; et hoc accidens est numerus singularis. Propter hoc dictum est in numero singulari *fecit Deus hominem*, et non *homines*. Et, ut dicit beatus Augustinus [2] super hunc locum, relatio facta fuit in numero plurali, ne, si diceretur *masculum et feminam creavit eum*, crederetur ipsum forsitan esse utriusque sexus, sicut fabulose dicitur de Hermafrodito.

Le relatif peut s'employer sans antécédent :

« *Ipsa petenda michi* » Juno de pellice dixit [3].
Flens Magdalena querit si sustulit illum [4].

(R 114 *invenies*) Ut in primo Constructionum recitat Priscianus [5], relativa inveniuntur sine antecedente sepe per eclipsim... Solet hoc dici, quod per relativum intelligitur suum antecedens et non e converso. Sed CONTRA. Relativum et suum antecedens sunt correlativa. Sed in uno correlativorum intelligitur relicum et e converso. Ergo, sicut per relativum intelligitur antecedens, sic per antecedens intelligitur relativum. AD HOC DICUNT quidam,

[1] Cf. *Genèse*, I, 27.
[2] *De Trinitate*, XII, 8.
[3] Ovide, *Met.* III, 263
[4] Jean, XX, 15.
[5] XVII, 32.

secundum Priscianum, quod in posteriori intelligitur suum prius, et quia relativum posterius est suo antecedente, ideo per relativum intelligitur suum antecedens, et non e converso. Ad illud quod obicitur, DICENDUM est quod aliquid est in relativo, quod non est in antecedente, sicut relatio, per cuius naturam intelligitur potius antecedens per relativum, quam e converso. Nichilominus tamen in exemplis positis in litera est quedam improprietas, eo quod relativum ibi positum caret antecedente posito et expresso. Causa quare potuit sic fieri, est dependentia relativi ad intellectum proferentis, ut in talibus. Causa quare oportuit est expressio intellectus respectu ardoris in odio vel amore. De primo habemus exemplum *ipsa petenda michi;* de secundo ubi dicit *flens Magdalena.* Fere omnes iste improprietates procedentes cum excusationibus debitis reducibiles sunt ad silempsim.

L'antécédent ou le relatif peuvent s'employer dans un sens indéfini :

Cuncta timent hominem, quia presidet ille creatis.

(R 114 *indefinite*) Dubitatur in primis quid improprietatis vel indirectionis sit in hoc exemplo... Ad hoc dicendum est quod hic actus *presidere* attribuitur proprie homini, et quod hoc nomen quod est *homo* non ponitur ibi pro individuo significato, maxime cum ponatur indefinite. Propterea apparens est differentia hinc et inde... Circa dictam locutionem dubitatur hoc modo. Hec dictio *hominem* aut est proprium nomen speciei aut commune nomen individuorum. Si proprium nomen speciei, falsa est, quia presidere vel timere non attribuitur speciei. Actiones namque substantiarum et passiones singularium sunt. Si sit commune individuorum, iterum falsa est, quia, cum sit indefinita, nullam significationem potest habere veram. Quare remanet simpliciter falsa. Ad quod dicendum est quod, si dicta antiquorum voluerimus sustinere, dicemus quod hec dictio *hominem* mixtam habet suppositionem, et hoc est quia in ista locutione et similibus *piper venditur hic et Rome,* intentio speciei et intentio individui ammiscentur in subiecto, sed differenter, quia intentio individui cadit ibi recte, et intentio speciei oblique, ut si dicerem *cuncta timent hominem,* id est, rem huius speciei. Et consimili modo exponendum est relativum, *quia ille,* id est res huius speciei, *presidet...* Et ex hoc resultat causa quare sic potest dici.

Causa propter quam oportet sic dici est expeditus modus loquendi, sicut per se patet. Et est alia causa, videlicet ratio amplioris designationis, quia presidere omnibus creaturis convenit singularibus, non quia singularia, sed quia sub tali specie, que est homo, sunt contenta.

Le relatif peut se rapporter à une autre personne que celle de son antécédent :

Et personalem permutat proprietatem,
Ut *Domino benedic, aqua, que celos super extat*[1].
Sed non est nobis imitanda relatio talis.

(R 115 *et personalem*) Videtur ibi esse duplex improprietas : una, que provenit ex eo quod relativum est in alia persona, quam suum antecedens; sed hoc non provenit ex relatione per se, sed provenit ex suppositione ipsius relativi ad verbum tertie persone quod subsequitur. Preterea alia videtur improprietas, quia dicit Priscianus[2] quod ad vocativum non fit relatio..... Ordinando illam locutionem *o aque, que sunt super celos*, ibi est improprietas inexcusabilis, sicut innuit actor, ubi dicit *sed non est nobis*. Ordinando autem aliter, erit improprietas excusabilis, ut si dicatur *o aque, benedicite domino, ita quod aque que sunt super celos, benedicant*. Simile est ibi *vindicte quisque favete sue*[3]. . . Causa propter quam potest fieri talis locutio provenit ex eo quod ex comparatione huius relativi *que*, quod est tertie persone ratione verbi cui supponit, ad hoc verbum *benedicite*, resultat hoc verbum *benedicant*, quod in tertia persona intelligitur gratia relativi quod est tertie persone. Causa quare oportet fieri, est expeditus modus loquendi, quod per se patet. Alia tamen causa est, expressio sententie. Nam cum sic dicitur sicut in predicto exemplo, mediante verbi tertia persona quod sequitur, exprimitur ibi quod primo loquitur in generali dicendo *o aque benedicite Domino*, postea in speciali dicendo *ita quod aque que super celos sunt benedicant*. Sed, si diceretur *benedicite, aque, que estis* et cetera, ita quod ibi esset verbum secunde persone, tunc in speciali solummodo ad aquas celestes loqueretur, cum tamen loqui velit ad aquas communiter, sed specialiter postea ad celestes quasi quadam dignitate et privilegio speciali.

[1] Daniel, III, 60.
[2] XVII, 194.
[3] Ovide, *Rem. amor.* 74.

Le relatif peut se rapporter à la chose signifiée et non au mot. L'adjectif se rencontre aussi construit de la même manière. Exemples : *Est bona gens, Deus est protector eorum. Pars hominum validi turres scandunt. Utraque formose, me iudice, sunt venerande.*

(R 115 *non das ad vocem*) Videtur quod in huiusmodi locutionibus *pars in frusta secant*[1], *turba ruunt*, et in exemplo littere nulla sit improprietas vel figura. Oppositio in dictionibus vel partibus causatur ab oppositione intellectuum, et oppositio intellectuum ab oppositione rerum. Cum ergo inter rem importatam per hoc nomen *populus* vel *turba* vel *pars* et verbum principale non sit oppositio, ergo nec in intellectu nec in sermone. Ergo nec in ulla tali locutione erit improprietas sive figura. Item accidentia contraria in diversis substantiis non habent contrarietatem. Cum ergo nomen et verbum sint diversa, sicut patet, quia ex opposito distinguuntur singularitas in nomine et pluralitas in verbo, non habent oppositionem adinvicem. Et ita redit in idem, ut prius. Ad quod dicendum est quod contingit loqui de hoc nomine *turba* dupliciter : quantum ad primum intellectum, et hoc modo est ponere oppositionem inter rem verbi pluralis numeri et rem suam, et similiter intellectu et sermone; vel quantum ad secundarium intellectum, et quantum ad hoc, non est oppositio inter nomen singularis numeri et verbum pluralis. Quia ergo construuntur ad primarium intellectum eorum, opponuntur. Et propter hoc est ponere quod quelibet talis constructio simpliciter est incongrua, quoad quid tamen congrua. Ad secundum dicendum est quod, licet nomen et verbum sint duo diversa secundum se, secundum tamen quod unum quoddam in constructione orationis faciunt, quia ex accidente et subiecto fit unum numero, unum sunt[2]. Et ideo ratio illa nulla est. Nunc igitur restat querere de constructione huius adiectivi *validi* ad hoc substantivum quod est *pars*... Sed primo fit quedam questio. . . . . quare nomen in singulari potest supponere verbo plurali, et quare sic est in quibusdam et non in omnibus. Ad hec omnia dicendum est quod formarum quedam est substantialis, quedam accidentalis. Forma substantialis in singulari supponit verbo singulari, et in plurali verbo plurali, et non

[1] Virgile, *Æn.* I, 212, dans Priscien, XVII, 156.

[2] unum sunt *ante* quia *Cod. omm. ra rb.*

aliter. Sed formarum accidentalium quedam est, que salvatur in uno, quedam de necessitate in pluribus. Ut in subiecto salvatur forma primo modo, ut albedo, et hec similiter se habet ad constructionem, sicut forma substantialis. Forma secundo modo importatur per hoc nomen *populus*, quod est collectio multorum hominum in eodem loco. Ideo nomen collectivum importatur vel imponitur a forma que de necessitate in pluribus salvatur, et hoc per generale significatum a quo est nominis impositio; et ideo est principium construendi. Ideo hoc nomen *populus* quia per naturam sui significati generalis dat intelligere numerum pluralem, hac ratione nomina talia construi possunt cum verbo pluralis numeri..... Ex hiis patet causa quare potest fieri talis locutio figurativa. Causa propter quam oportet fieri, est expressio sententie, quia plus in tali exprimitur quam aliter exprimeretur, quia volebat significare ille qui sic dixit, quod viri illi qui sic pugnabant, erant sub quadam unione et quadam collectione, et erant unanimes in pugna, ac si essent unus homo. Ad quod significandum posuit ibi nomen sub numero singulari dicente unionem.

§ V. — *Demonstratio.*

Les pronoms démonstratifs, c'est-à-dire qui désignent un individu présent, peuvent désigner l'espèce :

Impersonalis fit demonstratio sepe.
Sal monstrans dicis : *te misit aquis Helyseus* [1].

(R 116 *impersonalis*) Demonstratio personalis est, ut quando demonstratur individuum, ut *iste homo*... Demonstratio est simplex eo quod in demonstratione individui cadit intentio speciei, non recte verumptamen, sed oblique. *Hec herba*, id est huius speciei (*crescit in horto meo*). Et iterum in illo exemplo simile est : *exorcizo te, creatura salis*, id est *sal tue speciei*. Si dicatur quod ad sensum nichil demonstratur, nisi hoc aliquid, respondetur quod hec species in hoc individuo est hoc aliquid. Secus est de specie que est in intellectu. Ex hoc patet quod ibi sit improprietas, quia species quodammodo dicitur demonstrari, cum tamen proprie sit demonstratio singula-

[1] Cet exemple est emprunté à la bénédiction du sel.

rium. Causa quare potest fieri talis locutio, est duplex resultatio intellectus gratia affinitatis quam habent res significate adinvicem, ut in hoc exemplo Ovidii[1] *cervice sagitta hesit*, id est in parte cervicis, et in illo exemplo Ovidii[2] dicto de Niobe *Tantalis audierat*, id est Tantali filia... Causa propter quam oportet fieri, potest esse expeditus modus loquendi... Expeditius dicitur *misit te*, quam si diceretur *misit sal huius speciei*. Item alia potest esse causa, expressio intellectus, quia cum immediate radicetur et salvetur species in individuo, volens hoc designare sine mediatione constructionis sub uno vocabulo aptius, quam aliter, designavit. Item cum hec herba demonstrata et illa que datur intelligi, sint idem specie, ad denotandum talem identitatem istud uno et eodem vocabulo designavit.

§ VI. — Construction d'un mot qui est l'équivalent de deux autres.

Quand un tel mot est construit avec l'un des deux dont il est l'équivalent, il doit être pris avec l'acception de l'autre :

Equivalens geminis harum si iungitur uni
Dictio, pro reliqua debet tantummodo poni.
Sic *visu cecum visu* dic esse *carentem*.

(R 116 *equivalens*) Cum dicitur *cede locum*. . . , quia dictio que duabus dictionibus equipollet de sua natura, alteri earum iungitur, tunc ibi est quodammodo superfluitas, et ex hoc est improprietas. Causa propter quam potuit fieri, est ex eo quod ex comparatione talis dictionis ad aliam, cuius sensum per se importabat, restringitur illa dictio ad retinendum solum alteram significationem. . . Causa propter quam oportuit est expressio sententie, quia, licet hoc verbum equipolleat aliquatenus hiis duabus dictionibus *da locum*, tamen de propria significatione significat hoc quod est *cede*, id est *recede;* ut igitur significaret ille qui loquitur, quod alius ad quem loquitur, non solum cederet, id est recederet, sed in recedendo etiam locum dimitteret et sic locum daret, propter hoc oportuit sic dici *cede locum*.

[1] *Met.* VI, 235. — [2] *Met.* VI, 211.

§ VII. — Construction des expressions négatives employées aux cas obliques.

Quando negativum verbo constructio iungit
Obliqum, per *non* exponere convenit illum,
Aut simul exponi debet constructio tota.

(R 116 *quando negativum*) Quando dictio negativa, ut *nullus*, construitur a parte post cum aliquo verbo, caute est tunc constructio facienda, quia per naturam obliquitatis illa dictio appetit subiungi suo verbo, et per naturam negationis appetit preponi, quia negatio appetit illud quod negat sive extinguit. Et inde hic est contrarietas hinc et inde. Hanc contrarietatem actor docet esse tollibilem duobus modis. . . , per expositionem partis, ut si dicatur *nullum hominem video*, id est *non video ullum hominem*, aut si dicatur *neminem video*, id est *non video ullum hominem;* per expositionem totius, ut si dicatur *neminem video*, id est *nemo videtur a me*... Et attende quod in tali locutione, aut preponatur obliqus aut postponatur verbo, est repugnantia in dictione negativa respectu verbi a quo regitur, priusquam locutio exponatur. Et sic patet qualis improprietas est ibi. Causa quare potest fieri, est ille communis intellectus resultans ex coniunctione dictionum, ut expositio littere manifestat. Causa propter quam oportet sic fieri, est expeditus modus loquendi et expressio sententie, et hoc a parte negationis, sicut patet subtiliter intuenti.

§ VIII. — Construction des verbes impersonnels.

Priscien nous apprend (XVIII, 5) que les stoïciens appelaient ἀσύμβαμα une construction où il n'y a pas de cas directs; on avait adopté cette dénomination en écrivant le mot *asymbasma* :

Fiet asymbasma sine recto clausula plena :
Me tedet vitii. Placet illi iura tueri.

On suivait d'ailleurs Priscien dans la théorie des verbes impersonnels. On adoptait le principe qu'il devait à son maître, le grammairien Théoctiste (XVIII, 56). Gosvin de Marbais :

(Y 81 v°) Duplex est necessitas inventionis verborum impersonalium, scilicet una, ut actus ad substantiam indeterminate comparetur, alia, ut fieri de sua re habeat privari. . . . . Non appellatur verbum impersonale, quod careat simpliciter persona, sed quia careat illa persona a qua verbum a quo descendit dicitur personale. Hec autem est persona que dicitur suppositum exterius duplici habitudine ad actum comparatum, scilicet materiali et efficiente, et a privatione alterius habitudinis dicitur verbum impersonale. . . Agere et pati non privantur a comparatione ad substantiam simpliciter; tamen privantur a comparatione ad substantiam que est suppositum extrinsecum predicta duplici habitudine ad actum comparatum. Et a tali privatione dicitur verbum impersonale... Licet... verba impersonalia rem suam habeant pro supposito intra, tamen privantur supposito extra..... Verbum impersonale potest dupliciter a suo personali descendere, uno modo, in quantum absolute profertur, et tunc exponitur sic per modum habitus *legitur, lectio fit;* et sic non potest construi cum accusativo a parte post; alio modo, in quantum profertur dependenter; et sic exponitur per modum actus, *legitur, legere fit;* et sic potest construi cum accusativo a parte post. . . Verbum a quo descendit impersonale, comparatur ad substantiam a parte ante in duplici habitudine, scilicet materiali et efficiente; et a privatione alterius habitudinis dicitur verbum impersonale. Si ergo privetur habitudine cause efficientis retinendo habitudinem cause materialis ad quam actus terminatur, cum accusativus maxime sit terminativus et sit activorum proprius, sic sunt impersonalia activam vocem habentia. Si vero privetur habitudine cause materialis retinendo habitudinem cause efficientis, cum ista significetur per ablativum, et ablativus proprius sit passivorum, sic est impersonale passive vocis, ut *legitur.*

On demandait pourquoi il n'y avait pas de *verbum immodale* comme il y a des *verba impersonalia.* Gosvin de Marbais :

(Y 82) Tempus et modus debentur verbo a principio quod est intra. Sed persona debetur ei a principio quod est extra. Et quia aliquid potest privari extrinsecis, licet non privetur intrinsecis, ideo dicitur verbum impersonale, non autem immodale [1].

[1] modale *Cod.*

Pourquoi tous les verbes impersonnels sont-ils de la troisième personne du singulier? Gosvin de Marbais :

(Y 82) Verba impersonalia habent rem suam pro supposito. Et quia illa res est tertie persone et singularis numeri, ideo omne verbum impersonale est tertie persone et singularis numeri.

On demandait si l'on pouvait dire *nobis placet esse peritos* :

Questio fit, si fiat in hiis constructio duplex :
Huic placet esse probo. Nobis placet esse peritos.

(R 117 *questio fit*) Ibi videtur esse improprietas, eo quod dativus precedit illic infinitivum verbi copulativi et accusativus subsequitur..... Itaque si queratur utrum talis locutio debeat refutari, dicendum est quod eadem locutio potest considerari dupliciter, aut in quantum est sine supplemento, aut in quantum potest suscipere supplementum, ut suppleatur ibi iste accusativus *nos*. Si primo modo, sic est vicium simpliciter, quia hoc verbum *sum, es, est*, habet copulare a parte post eosdem casus, qui precesserunt... Si consideretur locutio secundo modo, tunc est excusabilis et reducibilis ad proprietatem sub tali supplemento et ordinatione *placet nobis nos esse peritos*. Causa quare potest fieri, est quia ex comparatione huius accusativi *peritos* ad hoc verbum *esse*, quod est copulativum similium casuum, intelligitur similis casus, id est accusativus, precedere. Causa quare oportuit fieri, est necessitas exprimendi intentionem, quia loquens intendit illud dicere de se ipso, sed occulte. Si primam personam exprimeret ibidem dicendo *placet nobis nos esse peritos*, videretur esse arrogans, et inde forsitan posset derideri; ut ergo occultam intentionem occulte innueret, oportuit quod uteretur tali locutione taliter occultante que sunt occultanda.

§ IX. — Emploi des conjonctions.

Les conjonctions et les mots *quam, nisi, preterquam,* doivent unir des cas semblables.

§ X. — Du gérondif et du supin.

C'est du temps de Pierre Hélie qu'on a commencé à ré-

server aux formes en *di*, *do*, *dum*, la dénomination de *gerundia* ou *gerundiva* et aux formes en *um*, *u*, celle de *supina*, que Priscien emploie indifféremment des unes et des autres (N 70. VIII, 44. *Spec.* c. 87). Cet usage a prévalu depuis et était devenu général au XIIIe siècle.

On se posait un grand nombre de questions sur ces deux formes, et d'abord celle que traite Priscien (VIII, 44-49) : sont-elles des noms ou des verbes?

(R 117 *actum sive pati*) Quod NON SINT NOMINA sic videtur. Omne nomen est adiectivum vel substantivum. Gerundivum non est adiectivum nec substantivum. Ergo non est nomen. Probatio minoris. Si esset adiectivum, posset adiungi substantivo. Si esset substantivum, posset ei adiungi adiectivum. Quod falsum est. ITEM ad idem. Nullum nomen potest construi a parte post cum accusativo sine figura. Sed gerundivum sine figura bene potest construi cum accusativo. Ergo gerundivum non est nomen. ITEM nullum nomen in ablativo terminatur in hanc vocalem *o* indifferenter. Sed gerundivum in ablativo terminatur in hanc vocalem *o* indifferenter, ut ostendetur. Ergo gerundivum non est nomen. Quod predicta vocalis ponatur longa multotiens per se patet. Quod corripitur aliquotiens per Iuvenalem [1] patet dicentem *plurimus hic eger moritur vigilando sed illum* et cetera. ITEM gerundivum secundum Priscianum [2] constat ex verbo infinitivi modi et articulo. Cum ergo articulus non trahat verbum ad aliam speciem, relinquitur quod gerundivum non est nomen. Sed est nomen vel verbum; non est nomen; ergo est verbum. AD OPPOSITUM quod gerundiva non sint verba, imo nomina, probatio. Nullum verbum recipit prepositionem per appositionem proprie. Sed gerundivum recipit prepositionem per appositionem proprie. Ergo gerundivum non est verbum. ITEM nulli verbo accidit casus. Sed gerundivo accidit casus. Ergo gerundivum non est verbum. ITEM a quocunque removetur propria passio, et ab eodem removetur proprium subiectum, vel id cuius est passio. Cum ergo modus propria sit verbi passio, quod caret modo caret natura verbali. Cum ergo gerundivum careat modo, non

[1] *Sat.* III, 232 dans Priscien, VIII, 44. — [2] VIII, 44.

est verbum. Item cum Donatus[1] ponat gerundiva esse verba, et Priscianus[2] ponat ea esse nomina, questio est de solutione huius contrarietatis, quia constat, ex quo uterque est actor autenticus[3], quod uterque secundum suum intellectum veritatem dixit. Item omne nomen significat substantiam cum qualitate. Et cum gerundivum, secundum Priscianum[4], sit nomen, gerundivum significabit substantiam cum qualitate. Quid igitur habeat loco substantie et quid loco qualitatis, hoc habet questionem. Ad hec duo ultima primitus respondetur. Nam eorum solutio est via ad solutionem aliorum. Dicendum est igitur quod gerundivum uno modo est nomen, alio modo verbum. Nempe potest considerari gerundivum secundum quod comparatur verbum infinitivi modi ad articulum qui est loco substantie, prout verbum infinitivi modi est in ratione qualitatis informantis ipsam substantiam. Et quantum ad hoc, gerundivum nominis habet accidentia et nominis constructionem. Illa tamen actio eadem que in comparatione ad articulum sumitur in ratione qualitatis, in comparatione tamen ad substantiam extrinsecam a parte post, mediante significatione verbi accidentali, que ibi est a parte post, . . . habet construi cum obliquis; et per illam comparationem est verbum. Primo modo consideravit Priscianus, secundo modo Donatus, et utroque modo bene dicitur. Propterea Donatus non vocat ea verba simpliciter, sed gerundia vel verba participialia. Ex hoc potest patere solutio quarundam questionum, que hic consueverunt queri, quare gerundivum non habet numerum neque personam neque modum neque tempus. Nam intelligenti preambula patet solutio plana et subtilis. Ad argumenta dicendum est, et primo ad primum, quod gerundivum est nomen, nec tamen adiectivum vel substantivum, quia illa divisio fit circa illa que simpliciter sunt nomina. Vel dicatur quod gerundivum est nomen substantivum, non tamen ei potest addi adiectivum, quia adiectivum intransitive construitur cum suo substantivo, gerundivum autem construitur transitive, ut postea patebit. Ad secundum dicendum est quod nullum nomen construitur cum accusativo per illam naturam qua est nomen; unde gerundium non construitur cum accusativo per illam comparationem qua est nomen, sed per illam comparationem qua est verbum. . . Ad tertium dicendum est quod omne nomen

[1] *Ars minor* (éd. Keil 361, 9) : « Gerendi vel participialia verba sunt hæc... »

[2] VIII, 45.

[3] auctenticus *Cod.* attenticus *rb* attentus *ra*.

[4] VIII, 45.

secunde declinationis habet *o* longam in ablativo. Unde si gerundivum secundum illam comparationem esset nomen, haberet *o* longam. Sed quia gerundivum non est nomen secundum illam comparationem, immo verbum, ideo potest habere *o* indifferenter, sicut verbum. Ad quartum dicendum est quod, cum gerundio addatur articulus in una comparatione, potest modum actus convertere in modum substantie, non tamen simpliciter. Unde solvi potest ad illam rationem per interemptionem. Ad rationes in partem contrariam dicendum est, et primo ad primum, quod gerundivum non recipit prepositionem per appositionem per illam naturam qua est nomen, sicut preostensum est. Per hoc solvitur ad secundum quod casus accidit ei secundum quod est nomen, non secundum quod est verbum. Ad tertium dicendum est quod gerundivum non est simpliciter nomen, ut illa ratio ostendebat.

On considérait avec Priscien (VIII, 71) la forme en *do* du gérondif comme un ablatif, et l'on se demandait déjà, du temps de Pierre Hélie, pourquoi elle est placée avant l'accusatif (VIII, 44), tandis qu'ailleurs l'ablatif est placé après les autres cas. Voici l'explication de Pierre Hélie (N 70 v°. VIII, 44. *Spec.* c. 88) : « Dicimus hoc ideo factum, quia loco eius (*c'est-à-dire* gerundivi) ablativi ponebant Greci dativum articuli cum infinitivo verbo, dativus autem preiacet accusativo. » On se posait la même question et d'autres encore au xiiie siècle :

(R 117 *actum sive pati*) Hiis habitis queritur quare gerundivum[1] habet tres casus[2], genitivum, accusativum et[3] ablativum; queritur ergo[4] quare non habeat nominativum et alios casus[5]. Item dubitatur[6] quare illi casus[7] sic ordinantur, quia[8] ablativus preponitur accusativo. Item queritur[9] quare in supino sunt[10] duo casus[11], accusativus et ablativus, quare sunt[12] tot. et

[1] gerundium *ra rb. et de même partout.*
[2] scilicet *add. ra.*
[3] *Omm. ra rb.*
[4] *Om. rb.*
[5] obliquos *ra.*
[6] queritur *ra rb*
[7] illi casus *om. ra.*
[8] scilicet genitivus et *ra.*
[9] *Om. ra.*
[10] *Om. ra.*
[11] scilicet *add. ra.*
[12] *Om. ra.*

non plures neque pauciores; et quare in alio ordine ponantur[1] casus[2], quam in gerundivis[3], hoc[4] habet questionem. Item questio[5] est[6] qua necessitate inventum est gerundivum[7]. Ad hoc[8] ultimum[9] respondeo[10] primum[11]. Nam ipsius solutio via est[12] ad[13] solutionem[14] aliarum. Participium et gerundivum communicant in hoc, quod dicunt[15] concomitantiam actus[16]. Sed[17] in hoc[18] inter ea[19] potest[20] differentia assignari, quod[21] participium dicit concomitantiam actus[22] intransitive[23], ut vult Priscianus[24], et[25] gerundivum est inventum ad prestandum[26] concomitantiam actus ad actum transitive; et[27] quia non solummodo transitive, imo et[28] intransitive comparantur[29], ideo[30] patet solutio ad ultimum. Per hoc[31] patet solutio in parte preobiectorum. Nominativus et vocativus[32] intransitivi sunt, et ideo gerundivum non habet nominativum nec vocativum constructionis propter necessitatem sive finem[33]. Item quia[34] dativus[35] casus est terminus[36] commodi vel incommodi, vel illius cui commodum vel incommodum acquiritur[37], ideo gerundivum[38] non habet dativum. Habet igitur[39] tantummodo geni-

[1] ponantur *ante* in *ra*.
[2] cas *rb*.
[3] gerundio *ra*.
[4] hoc. . . . . questionem *om. ra*.
[5] queritur *ra rb*.
[6] et *rb* quare *ra*.
[7] participium *Cod. rb* qua. . . gerundivum — supinum inventum sit et qua necessitate *ra*.
[8] *Om. ra* hec *rb*.
[9] ultima *rb*.
[10] respondetur *ra rb*.
[11] primo *rb* prius *ra*.
[12] est *ante* via *ra rb*.
[13] in *rb*.
[14] solutiones *ra rb*.
[15] utrumque dicit *ra*.
[16] *Om. rb*.
[17] Sed. . . actus *om.* R.
[18] Sed in hoc — hec *ra*.
[19] ipsa *ra*.
[20] potest *post* differentia *rb*.
[21] quia *ra*.
[22] *répété rb*.
[23] transitive *ra*.
[24] Priscien XI, 8-9, 12.
[25] Unde gerundivum est ad prestandum unde R.
[26] prestandam *rb*.
[27] et. . . preobiectorum — secundum etiam quod intransitive comparatur. Item patet solutio ad ultimum. Per hoc patet solutio obiectorum *ra* et. . . transitive *om. rb*. — *Le verbe* comparantur *a pour sujet le pluriel* actus *sous-entendu*.
[28] et *om.* R.
[29] comparatur *rb*.
[30] inde *rb*.
[31] ergo *add. rb*.
[32] accusativus R.
[33] sive finem — sui finis *ra rb*.
[34] quod *rb*.
[35] predictus R.
[36] terminus *ante* est *ra*.
[37] adquiritur *ra*.
[38] *Om. ra*.
[39] ergo *ra*.

tivum[1], accusativum et[2] ablativum. Cuius causa est ista[3]. Gerundivum dicit concomitantiam actus ad actum transitive[4]. Non potest[5] autem[6] actus ad actum comparari[7] transitive[8], nisi aut[9] ut est[10] causans alterum[11] actum, ut cum[12] dicitur *venio causa legendi*, aut ut est[13] concomitans alterum[14] actum, ut cum dicitur[15] *legendo proficio*[16], aut ut est[17] terminans alterum actum, ut[18] *vado ad legendum*[19]. Primo modo per genitivum[20], secundo modo per ablativum[21], tertio[22] modo per accusativum[23] hoc notatur. Et[24] per[25] hoc patet solutio AD SECUNDUM, quia prius[26] est comparare[27] actum[28] ad actum ut causans, quam[29] ut[30] concomitans, et ut[31] concomitans[32], quam ut[33] terminans. Similiter patet[34] sufficientia[35] quare[36] actus non[37] potest[38] comparari[39] ad actum pluribus modis. AD TERTIUM dicendum est[40] quod supinum inventum est ad terminandum[41] motum localem. Omnis[42]

[1] genitivum *ante* tantummodo *rb* et *add. rb.*

[2] *Om. ra.*

[3] *Omm. ra rb.*

[4] aut *add.* R transire *rb.*

[5] non potest *post* actum *ra.*

[6] *Omm.* R *ra.*

[7] comparare *rb.*

[8] *Om. ra.*

[9] autem R.

[10] rei *ra.*

[11] alium *ra.*

[12] cum... dicitur *om.* R.

[13] res *ra.*

[14] alium *ra.*

[15] cum dicitur *om. rb.*

[16] legendo proficio — vado ad legendum *ra.*

[17] res *ra* ut est *om.* R.

[18] cum dicitur *add. ra rb.*

[19] vado ad legendum — venio lectu *ra.*

[20] exemplum *rb.*

[21] accusativum *ra.*

[22] tertio... notatur *om.* R.

[23] ablativum *ra.*

[24] hoc notatur Et *om. rb.*

[25] propter R.

[26] prior *ra rb.*

[27] comparatio *ra rb.*

[28] actus *ra rb.*

[29] cum *add. ra.*

[30] est *add. rb.*

[31] est *add. rb.*

[32] causans *ra.*

[33] est *add.* R *rb.*

[34] *Om.* R.

[35] *Sufficientia* se trouve employé un peu plus bas, p. 383, avec la valeur de *raison suffisante*, (R 118) : « Huius questionis sufficientia patet ita. »

[36] quia *Cod.* quod *ra rb.*

[37] non *post* actum *rb.*

[38] non potest *post* actum *ra.*

[39] comparari *post* pluribus modis *ra* potest comparari *om. rb.*

[40] *Om. rb.*

[41] determinandum R.

[42] omnis... motus — motus aut localis *ra.*

autem[1] motus aut est[2] a termino a quo aut[3] ad terminum[4] ad quem[5]. Primo modo est[6] ablativus, secundo modo est[7] accusativus. . . . . Accusativus supini dicit terminum ad quem est motus, ut cum dicitur *vado lectum*, id est vado ad locum in quo[8] legam. Ablativus[9] dicit terminum a quo est motus. Unde ablativus dicit motum localem ab[10] aliquo cum reditu, ut cum dicitur *venio lectu;* sensus est *venio de loco in quo legi.* Sed non est motus localis ab aliquo cum reditu, nisi prius[11] sit motus ad illum[12] terminum. Et ita in tali motu prius[13] est terminus ad quem, quam terminus[14] a quo eiusdem termini. Et ideo in supinis[15] accusativus ablativum[16] precedit[17]. Sed sic non est in gerundiis[18]. . . Ex hiis que dicta sunt, patet quare genus, numerus et[19] persona non assignantur[20] pro accidente gerundio[21]. Non enim sunt principia constructionis transitive, sed intransitive[22], qua in quantum[23] intransitiva[24] caret gerundium[25].

On attribuait avec Priscien (VIII, 46) une double signification, active et passive, aux gérondifs et aux supins dérivés de verbes actifs :

Hec delectatur in spectando quasi pulcra.

On donnait au gérondif du verbe *sum* trois constructions :

Deque gerundivis que *sum* gerit, esse videtur
Questio, si triplex illis constructio detur :

[1] enim R.
[2] est *ante* aut *ra* aut est *om. rb.*
[3] vel R *om. rb.*
[4] ad terminum *om. ra.*
[5] ad quem — in quid sive omnis terminus a quo in quid *rb.*
[6] *Om. rb.*
[7] *Om. rb.*
[8] quem R.
[9] eius *add. rb* casus *add. ra.*
[10] ab. . . legi *om. ra.*
[11] primum R.
[12] alium R.
[13] primum *ra.*
[14] *Om. ra.*
[15] supino *ra.*
[16] activum *rb.*
[17] *Om. rb* antecedit *ante* ablativum *ra.*
[18] gerundivo *ra.*
[19] *Omm. ra rb.*
[20] assignatur *ra.*
[21] *Om. ra.*
[22] sed intransitive *om. ra.*
[23] in quantum — quedam *ra* quid *rb.*
[24] intransitivam et *rb.*
[25] gerundiis R caret gerundium — gerundia carent *ra.*

Presbiter essendi causa vis, clerice, radi.
Militis essendi causa precor arma parari.
Essendi regem causa me posco iuvari.

(R 118 *deque gerundivis*) Huius questionis sufficientia patet ita. Cum illa (*les gérondifs de* sum) habeant naturam copulandi a parte post, aut copulabunt casum similem precedenti, aut dissimilem. Si primo modo, aut copulabunt rectos aut obliquos..... Si copulant casum dissimilem casui precedenti, de illo dat exemplum in littera, scilicet *militis essendi.* Sed cum hoc verbum *sum*, *es*, *est*, copulet eum casum a parte post, qui precessit a parte ante, sicut patet, ex hoc videtur quod, cum eandem naturam copulandi a parte post retineant gerundia, ipsa debent casus consimiles copulare. Sed in predicto exemplo *militis essendi* non est sic..... Patet quod ibi est improprietas. Et ideo id habet questionem, utrum possit illo modo dici. Ad quod dicendum quod illa locutio *militis essendi* potest dupliciter considerari, aut absque supplemento, aut cum supplemento. Si primo modo, sic est simplex incongruitas, quia deberet sic dicere *precor arma parari causa essendi miles,* et non *militis.* Sed, si consideratur secundo modo, tunc ibi suppletur iste genitivus *mei* vel intelligitur, qui genitivus precedit in construendo illud gerundivum quod est *essendi.* Et ratione illius genitivi sic suppleti convenienter a gerundio potest exigi genitivus qui est *militis.* Sed nunc de constructione illorum in hac locutione DUBITATUR. Aliqui ita construunt *precor arma parari causa mei essendi militis.* Sed cum ibi sit duplex genitivus, id est genitivus huius pronominis *mei* et genitivus gerundii *essendi,* dubitatur utrum ab eadem parte vel a diversis regantur. AD QUOD dicendum est quod ad hoc dupliciter potest responderi. Uno modo dici potest quod reguntur illi duo genitivi ab hac dictione *causa* sub hac forma construendi *precor arma parari causa mei.* Et quia dubia erat adhuc causa specialis propter quam ad opus suum precabatur arma parari, propterea ad denotandam illam specialem causam istud subiungitur, ita quod *causa essendi militis* [1]. Et sic copulatur convenienter genitivus, quod similis specificatio est notata supra in accusativo in hac locutione *doceo te gramaticam.* Hoc salvo, dici potest quod aliter sic construi potest *precor arma mei,* et sic intelligitur genitivus, *parari causa* et cetera. Et sic quia genitivus precedit

[1] Unde breviter collige ista construendo causa mei et sic precedit genitivus ita quod causa essendi militis *add. rb.*

et genitivus postea copulatur, simile est in hoc exemplo *iste facit vestes mei causa essendi militis* vel *presbiteri*. Quomodo fit ibi ecliptica locutio et quid improprietatis propter hoc sit ibi patuit in premissis. Causa propter quam potest fieri, est quod per copulativam naturam gerundii copulantis hunc genitivum *militis* a parte post resultat genitivus necessario a parte ante. Causa quare oportet fieri, est occultatio mentis, quia, si diceret *precor arma parari causa essendi miles*, per naturam nominativi precedentis et subsequentis innueret illa arma parari sibi vel ad opus sui. Sed quia hanc sententiam intendit occultare vel causa arrogantie vel interrogantie evitande vel ne ab aliquibus derideretur, ideo oportet quod tali sermone utatur occultam sententiam importante. Sed talis sermo est ille sermo eclipticus, et non alius.

Le supin en *um* diffère de l'infinitif, et le supin en *u*, du gérondif en *di* et en *do*, en ce qu'ils se construisent toujours avec un verbe de mouvement :

(R 118 *infinitivo*) Primum supinum, quod est accusativi casus, exigit verbum ante se poni, quod significat motum ad quem, ut *vado lectûm*. Sed supinum ablativi casus ante se appetit poni verbum significans motum a quo, ut *venio lectu*.

Au XIVe siècle on interprétait ce passage d'Alexandre au moyen du français :

(FF 39 v°) Hic necessarium est scire gallicum. Queritur quid sit differentia inter infinitivum et primum supinum, scilicet inter *legere* et *lectum*, quia dicitur in gallico *legere*, *lire* et *lectum*, *lire*. Et queritur quid sit differentia inter ultima supina et prima gerundiva, scilicet inter *lectu* et *legendi*, quia dicitur in gallico, *lectu*, *de lire*, et, *legendi*, *de lire*.

§ XI. — Mots employés *materialiter*.

Déjà du temps de Pierre Hélie on se servait de cette expression pour désigner l'emploi des mots considérés grammaticalement, comme dans *homo est substantivum* :

(N 18. II, 18) Cum dicitur *hoc nomen homo*. . . . . , hoc antiqui appel-

labant materiale impositum. . . . Materiale impositum est vox representans se ipsam, id est imposita [1] ad loquendum de se ipsa. Et dicitur materiale impositum, quia nomen, si ita contingit, representat materiam suam, id est vocem, que quasi materia preiacet, ut inde fiat nomen ex voce. Namque fit nomen per impositionem.

Alexandre emploie la même expression [2] :

Fiet de voce sermo quandoque per ipsam;
Materialiter hanc ibi dices esse tenendam.
Casus per voces confundis materiales.

(R 118 *fiet de voce*) Queritur propter quid dictio materialiter posita cedit potius in nomen, quam in aliam partem orationis. Ad quod dicendum est quod nomen inter partes ceteras orationis est prius. Unde cum sic sit in unoquoque, quod posteriora participant modum priorum, et non e converso (nam accidens convenit significari per modum substantie, non tamen substantiam per modum accidentis), propterea omnis pars orationis potest participare modum nominis, et non e converso. Vel aliter et subtilius. Cum, secundum quod potest elici ex verbis Aristotelis [3], nomen sit nota illius de quo quid dicitur, unumquidque positum in ratione eius de quo alterum dicitur, induit sibi modum et naturam nominis. Dictio materialiter posita, sicut per se patet, habet se in ratione illius de quo alterum potest dici, ut probabitur. Ergo dictio materialiter posita induit modum et naturam nominis. Probatio minoris. Quando dictio materialiter ponitur, tunc ita ponitur, ut de ipsa possit fieri locutio [4]. Per hoc solvitur quod queritur, quare omnis dictio materialiter posita habet naturam casualitatis; et hoc est quia, cum transeat in naturam nominis, ut predictum est, et cuiuscunque nominis sit habere saltem casum constructionis, propterea omnis dictio talis habebit saltem casum constructionis. Sed adhuc est questio quare talis dictio non inflectitur per diversas voces. Ad hoc dicendum est quod, cum aliqua dictio

[1] impositum *Cod.* posita *na.*

[2] On lit dans Adélard de Bath, *De Eodem et diverso* (2389, f° 87) : « Cum vero propono *homo est nomen,* non res, sed vox a subiecta voce significatur. . . . . Unde etiam ille labirinthus oritur, ut in subiecto idem sit et significans et significatum, quod quidam postea materiale impositum vocaverunt. »

[3] *De Interpr.* III, 16 b 7.

[4] Ce raisonnement semble incomplet. Les manuscrits ne donnent rien de plus.

ponitur materialiter, ad hoc ita ponitur, ut representet se ipsam talem, qualis est ipsa. Sed, si in diversis constructionibus variis terminaretur terminationibus, tunc per varias terminationes transiret in varietatem. Unde non talem representaret se, qualis ipsa erat.

§ XII. — Construction des prépositions.

Déjà du temps de Pierre Hélie on était embarrassé pour expliquer le passage du Psaume LXXVII, 70 : « de post fetantes accepit eum. » (N 113 v°. XIV, 9. *Spec.* c. 145) : « subintelligendum est..., ut antiquis videtur, *existente.* » Mais on ne peut sous-entendre *existente* dans *de ultra mare venit Pompeius.* Les uns disent donc que *de post* est un mot composé : « quod satis equidem probabile videtur, nisi quod in tractatu prepositionis et adverbii nichil de huiusmodi compositis invenitur. » Les autres considèrent *de* comme construit sans cas; d'autres pensent que *post fetantes* est un ablatif construit avec *de.*

Alexandre mentionne les mêmes constructions. Voici comment on en traitait au XIIIe siècle :

(R 119 *vox cuius pars*) Super hoc triplex potest dari responsio, quia, cum dicitur *de supra pontem*, ibi, ut dicitur, sociatur una prepositio alii prepositioni. Sed sociatio hec dupliciter potest considerari, aut mediata, aut immediata. Si mediata, ut cum supplemento alicuius vocabuli, ut, cum dicitur *de supra pontem*, sic intelligitur hec dictio *loco* vel consimiles, sicut in illis exemplis que ponit P. H.[1], *venio de Sancti Jacobi*, id est *de ecclesia Sancti Jacobi* vel *templo* vel huiusmodi. Et sic bene potest elici prima opinio super dicta questione, et hec indubitanter bona est. Si vero talis associatio consideretur ut non mediata[2], hoc potest esse dupliciter, vel ita quod ille due prepositiones remaneant due, et per appositionem secunda alteri postponatur, vel quod cedant in unam per compositionem. Si primo modo, tunc, sicut dictum est, secunda prepositio specificative apponitur prime

[1] Pierre Hélie (N 124 v.° XV, 8). — [2] mediate *Cod.* ut non mediata — immediate *ra* licet immediata *rb.*

prepositioni, specificando habitudinem illius prime, quia prima prepositio communiorem denotat circumstantiam, quam secunda, ut videt qui intuetur gallicum et latinum, et secunda specificat primam, et ita remanent due dictiones diverse sub diversa ordinatione prepositionum, dicendo *de supra pontem*, *de sus le pont*[1]. Et sic habetur secunda opinio, que satis est ap probabilis. Si vero ille prepositiones cedant in unam per compositionem, tunc ultima prepositio, que dicit ultimam habitudinem et propinquiorem casuali, retinebit vim exigendi, sic dicendo *venio de ultra pontem*. Et sic habetur tertia opinio, que viam habet probabilem et apertam. Quidam autem opinantes constructionem dictionum fieri ad placitum, sicut et impositionem prepositionis *super* ad placitum, garrientes dicebant quod hoc totum *post fetantes* erat una dictio indeclinabilis et poterat cuilibet casui adaptari, cui considerate in ratione ablativi deserviebat illa prepositio *de*. Quod tanquam dictum puerile refutamus..... Cum ex eclipsi dictionis proveniat improprietas, dicendum est quod est causa quare fieri potest, quod ex coniunctione ultime prepositionis ad casuale quod sequitur, cum prior prepositio illi eidem casuali non possit deservire, satis intelligitur quod illa prepositio sibi aliquid positum vel subintellectum exigit casuale, quod istius prepositionis exigentia determinat. Causa propter quam oportet fieri, est expeditus modus loquendi factus ad tollendum fastidium, ut patet intuenti; et potest esse expressio sententie, quia magis per talem orationem eclipticam exprimitur, quam per aliam exprimeretur..... Quia circumstantia illa localis est utrobique eadem secundum rem, licet non secundum modum, cum medium non debeat cadere inter idem in quantum tale, propterea non debuit vocabulum cadere medium inter illas prepositiones vel circumstantias earundem.

On se demandait, du temps de Pierre Hélie, si *in* pouvait se construire à l'ablatif avec les verbes de mouvement :

(*nb* 126 v°. XVII, 10) Cum dico *ego curro in campo*, *tu autem extra*, cum *curro in* significet motionem, videtur hec regula falsa quod, si *in* significet motionem, cum accusativo casu construitur. Propter quod dixerunt

[1] de sus le pont — ie uains de sus lon pont *ra* gallicum Ie uien de outre le pont *rb*.

quidam quod intelligitur illa constructio *ego ens in campo curro*, et ibi etiam *in campo* permanentiam significat. Quod nichil est. Cum enim dicitur *tu autem extra*, adversatio est ad primam locutionem. Sed per hanc ostenditur ubi curram. Oportet ergo ut per primam ostendatur ubi curram. Oportet ergo quod *in campo* designet ubi curram, non ubi ens curram. Ideo dico quod *curro* motionem de loco ad locum significat, *in campo* vero non significat motionem, immo permanentiam in campo; ut *in platea deambulabam, quando ad me venisti, in* permanentiam ibi designat in platea[1]. Si vero extra campum essem et in campum irem, tunc possem dicere *in campum curro*, et *in* significaret motionem[2] de loco in locum.

La même solution est indiquée dans Alexandre.

(R 120 *in sub*) Iste prepositiones *in*, *sub* et alie que sequntur in littera, construuntur post verbum significans motum exteriorem, id est motum de loco ad diversum locum..... Tunc debent accusativo deservire..... In hoc tamen loco solebant priores glosule distinctionem facere inter motum corporalem, et hunc dicebant exteriorem, et motum anime, ut gaudere, tristari, et hunc dicebant interiorem, dicentes quod post verbum significans motum exteriorem ponebatur accusativus, et post verbum significans motum anime ponebatur ablativus. Sed tamen primo membro huius distinctionis actoris contradicit littera, ut exempla littere manifestant, ideoque dicimus quod in hoc loco nichil ad verbum illa distinctio faciebat.

§ XIII. — De la coordination et de la relation en logique.

La conjonction ne peut unir un adjectif à un substantif.

Quand deux mots sont tels que la signification de l'un est comprise dans celle de l'autre, comme *animal* et *homo, corpus* et *ebur,* on peut les associer sans conjonction; si on met entre eux la conjonction *vel* ou la conjonction *et,* l'acception du terme le plus général est restreinte, et il ne comprend plus que ce qui est en dehors du terme le moins général :

(R 120 *queris si liceat*) Ad primum membrum, per quod queritur utrum

[1] vel in campo *add. Cod.* — [2] motio *Cod.*

mediante coniunctione disiunctiva possint huiusmodi dictiones sociari adinvicem, ut si dicatur *corpus vel ebur*, solvitur sic dicendo, quod sic potest fieri, dum dictio habens communiorem significationem, ut *corpus*, restringatur ad supponendum pro alio corpore ab ebore; restringitur nempe ad supponendum pro corpore carneo. Et hoc aperte ostendit Ovidius in Metamorphosi [1], ubi loquitur de Pygmalione et eius ymagine dicens *sepe manus operi temptantes admovet an sit Corpus an illud ebur*. . . . . Ligari possunt adinvicem per coniunctionem copulativam, dummodo restringatur dictio communiorem habens significationem. . . . . , ut *animal et homo currunt.* Hec dictio *animal* hic posita restringitur ad supponendum pro alio ab homine. Idem patet in Epistolis [2] Horacii, ubi dicit *utra magis pisces et echinos equora celent.*

Quant à l'union de ces termes sans conjonction intermédiaire, c'est la construction appelée apposition; la solution « patet in regimine nominativi tam in glosa, quam in textu. »

Alexandre pose la question de savoir si l'on peut mettre une conjonction entre des termes identiques ou entre un accident inséparable et son sujet :

(R 121 *inde potest queri*) Ad quod solvendum est per distinctionem, videndo quot modis dicitur idem. Idem igitur, ut patet in primo Topichorum [3], dicitur tripliciter : idem in genere, idem in specie, idem in numero. . . . . Idem. . . . . utroque modo (à savoir *en genre et en espèce*) dictum sibi potest copulari, ut *homo et equus currunt, Sor et Plato disputant.* Idem numero dicitur tripliciter : idem diffinitione, idem proprio, idem accidente. Idem diffinitione sunt diffinitio et diffinitum et superius cum suo inferiori. Idem primo modo dictum hic non recipit copulam, et hoc ratione significationis. Unde hec est incongrua *homo et animal rationale mortale currunt.* Sed ratione vocis potest ibi cadere copulatio media, ut *homo et animal rationale mortale idem significant.* Idem secundo modo hic dictum ratione vocis et significationis potest coniunctionem recipere, ut *vestis et camisia corpus induunt.* Idem nominatione dicuntur, que eandem substantiam significant et

[1] X, 254-255 — [2] I, 15, 23. — [3] Aristote, *Top.* I, 7.

nominant, ut *Marcus Tullius;* et inter hec ratione significationis non potest cadere coniunctio media, sed ratione vocis, ut *Marcus et Tullius sunt nomina eiusdem.* Et tamen expositive ibi potest cadere coniunctio *sive*, quamvis significative teneantur ille dictiones, ut *Marcus sive Tullius fecit illud.* Idem accidente dicuntur subiectum et sua proprietas vel accidens, ut *Sor est sedens et Plato est disputans.* Et inter hec non cadit coniunctio media, sicut nec inter adiectivum et substantivum. . . (Dans des locutions comme *homo et homo currunt*), est. . . improprietas ex eo quod dictio idem significans supponit pro diversis. Causa propter quam potest dici, est quia dictio apta ad plurima significanda in diversis locis pro diversis potest supponere. Causa quare oportet fieri, est occultatio sententie vel elusio auditoris.

(R 121 *aut si iungatur*) Accidentium quedam sunt separabilia, quedam inseparabilia. Inseparabilia sunt que abesse nequeunt, ut risibile, quod abesse nequit homini, vel hinnibile, quod abesse non potest equo. Et dicuntur accidere, quoniam propria manent de genere accidentium. Et inter talia et sua subiecta non potest cadere coniunctio media. Unde tales locutiones sunt nugatorie, *homo et risibile, equus et hinnibile.* Separabilia vero sunt que adesse vel abesse possunt, ut albedo vel nigredo parieti. Et inter talia similiter non potest cadere coniunctio media.

Quam doit unir des sujets qui participent au même accident :

(R 121 *si iungas*) Hec dictio *quam* geret officium aut proprie aut improprie. Si proprie, tunc oportet quod sit participatio inter ea que confert adinvicem, et exinde erit locutio vera. Illud autem officium potest habere dupliciter, aut comparative aut copulative. Si comparative, sic est exemplum *Sor est fortior quam Plato.* Ad hoc quod sit vera, oportet quod uterque participet in fortitudine. Si copulative, tunc est exemplum *tam Sor quam Plato currunt*, id est *Sor et Plato.* Ad hoc quod sit vera, oportet quod uterque currat. Si improprie, sic est exemplum *mare ponticum dulcius est quam cetera maria* [1], et illud *melius est servire Deo quam diabolo.* Et talis comparatio dicitur abusiva.

Alexandre termine le chapitre de la construction par un précepte sur la *relatio* en logique :

[1] Priscien, III, 15.

(R 121 *deque relativis*) Hic igitur determinat actor quedam de proprietate relativorum in logica; et hec ita dicuntur ad differentiam relativorum in gramatica, que dicuntur rei antelate recordativa, ut *idem*, *qui* et similia. Sed relativa in logica dicuntur que posita se ponunt et perempta se perimunt, ut *pater* et *filius* et cetera. Docet ergo quod relatio in logica erit aut intrinseca aut extrinseca. Intrinseca dicitur illa cuius dependentia terminatur in se vero intrinsecus absque adiuncto. Et extrinseca est illa cuius dependentia extrinsece terminatur per adiunctum. Si ergo extrinseca, hoc potest esse dupliciter, quia aut relativum erit in singulari numero aut in plurali. Si in singulari, sic est exemplum *iste est similis illi* vel *illis*. Si in plurali, sic est exemplum *isti sunt similes isti* vel *istis*. Si fiat relatio intrinseca, illa semper fiet in numero plurali, ut *isti sunt similes* sive *pares* vel *fratres*.

CHAPITRE V.

PROSODIA [1].

Cette partie de la grammaire avait une grande importance au moyen âge; car elle prescrivait les règles qu'il fallait observer en prononçant le latin soit dans le chant ecclésiastique soit dans la lecture de l'évangile, de l'épître et de la légende (Actes de la vie des saints). Elle ne comprenait pas, comme aujourd'hui, la théorie de la quantité. Mais on y faisait entrer,

[1] C'est seulement après le moyen âge que ce terme a été employé pour désigner la théorie de la quantité. Cependant on lit dans Jean de Gênes (*Catholicon*) : « Prosodia, id est tractatus de cuiuslibet sillabe tempore vel accentu. » Et dans un ouvrage du XIVe siècle (DD 16 v°):

Gramatices alia species prosodia fertur
Que bene proferre voces docet atque referre
Has producendo, sicut decet, aut breviando.
. . . . . .
Sunt bene distincte voces ubicunque legende,
Et magis ecclesie pangendo munia dia,
Ut que signantur per eas, bene percipiantur.

Mais je ne sais si ces auteurs ne parlent pas ici de la quantité des syllabes uniquement par rapport à l'accent. Béda, ou plutôt le grammairien où il a puisé, emploie le mot *accentus* dans l'une des significations que les grammairiens grecs donnaient à προσῳδία, pour désigner la quantité, *accentus productus*, *accentus correptus* (pp. 2358, 2359 P). Je n'ai retrouvé ces expressions que dans Y*ya* 257.

outre la théorie de l'accentuation, celle des pauses, qu'on annonçait par une certaine inflexion de la voix dans la prononciation de la fin des mots suivis immédiatement d'un repos. La glose *Admirantes* dit, en parlant du XIe chapitre du Doctrinal, qui comprend la théorie de l'accentuation et des pauses :

(R 155) Tractatus igitur iste in duas partes dividitur. In prima agit de accentu sive modulatione vocis, in secunda de modulatione clausule sive orationis.

Ainsi l'accent était la modulation du mot, et l'inflexion de la voix qui annonçait les pauses était la modulation du discours.

§ I. — Accentuation.

On a démontré[1] que l'accentuation antique, beaucoup plus musicale que celle de nos langues modernes, donnait à l'une des syllabes d'un mot une intonation plus aiguë qu'aux autres, qui étaient graves, et que, dans certaines conditions, la syllabe prononcée d'abord avec une intonation aiguë était achevée avec une intonation grave; c'est ce qu'on appelait l'accent circonflexe. Ces distinctions délicates durent s'effacer au moyen âge dans la prononciation du latin.

On ne trouve aucune mention des accents aigu, grave, ou circonflexe, dans un traité d'accentuation composé, au XIIe siècle, à un point de vue tout pratique pour l'usage des moines cisterciens. Il n'y est question que de l'accent (*accentus*) en général[2], et voici comment la règle fondamentale est exprimée :

(P 42 v°) Audi lector : omnis dictio, quotcunque sit sillabarum, uno re-

[1] Weil et Benloew, *Théorie générale de l'accentuation latine* (1855) p. 1 et suiv. Cette manière de voir a été adoptée par Corssen, *über Aussprache, Vokalismus und Betonung der lateinischen Sprache* (1859) II, p. 205.

[2] Il en est de même dans le traité *De Arte lectoria* (1277, f° 52) : « Omnis mo-

gitur accentu, et unus accentus in ea dominatur. Illa ergo sillaba in lectione tenebitur et elevabitur que habuerit dominantem accentum; cetere omnes deprimentur et sine mora pronunciabuntur. Verbi gratia : cum dico *dominus*, hec sillaba *do* elevatur et accentatur; cum dico *paterfamilias*, sola ultima sillaba accentatur, cetere deprimuntur; cum dico *tribulationes* vel *tribulationibus*, hec sillaba *o* sola tenetur et accentatur, omnes autem alie deprimuntur et instanter proferuntur. Quicunque igitur convenienter vult legere, hoc observare debet, ut in omni dictione sillabam illam que accentari debet, cum aliqua morula teneat, alias autem cursim et rotunde pronunciet.

Les expressions *mora, morula, instanter, cursim,* feraient penser qu'on appuyait sur la syllabe accentuée, et qu'on glissait sur les autres. D'autre part, les mots *elevari, deprimi,* portent à croire qu'il restait quelque chose de l'accentuation musicale de l'antiquité. Pierre Hélie distingue très-nettement entre l'accentuation et la quantité :

(N 8 v°. II, 12. *Spec.* c. 17) Accentus... est elevatio vocis acuta, que dicitur arsis[1], vel depressio gravis, que dicitur thesis, vel circumflexa inter utrumque vocis modulatio. Tempus autem est mora pronunciationis ipsi accentui adiacens.

Ailleurs il définit, autrement que les anciens, les trois espèces d'accents, mais il ne perd pas de vue leur caractère musical :

(N 3. II, 12. *Spec.* c. 15) Accentus est modulatio vocis in communi sermone usuque loquendi. Hoc autem dicitur propter cantilenas, ubi accentum non servamus... Tribus vero modis fit modulatio vocis. Aut enim a gravi voce incipimus et in acutum tendentes ibidem desinimus, et accentus hic dicitur acutus. Aut ab acuto incipimus et in gravem tendentes ibidem perseveramus, et est gravis accentus. Aut a gravi in acutum tendentes ad gravem revertimur, et accentus hic circumflexus dicitur.

nosillaba dictio... in lectione tenetur nec inclinatur. » F° 52 v° : « Omnis dictio disillaba .. priorem in lectione tenet. » *Ibid.* : « *Nostras, vestras, magnas*... in finali accentuantur. »

[1] Priscien, *De Accentibus*, § 13.

Les préceptes d'accentuation qu'il donne (N 3. II, 12. *Spec.* c. 16) sont d'ailleurs conformes à ceux de l'antiquité. Seulement ils ne contiennent rien qui soit relatif à l'accent circonflexe, et j'ai peine à croire qu'il ait été en usage de son temps.

Alexandre expose une théorie de l'accentuation assez différente de celle des anciens Il distingue et expose séparément les règles de l'accent suivies par les anciens et celles qui étaient suivies de son temps :

Accentus normas legitur posuisse vetustas.
Non tamen has credo servandas tempore nostro.

Il dit, après les avoir exposées :

Noster non penitus has normas approbat usus.

Il admet trois accents, *acutus, gravis, moderatus* (qui est intermédiaire entre les deux premiers), et il définit l'aigu et le grave comme Pierre Hélie. Quant à l'accent circonflexe, il déclare qu'il est tombé en désuétude[1] :

Est gravis accentus, et sunt moderatus, acutus,
Et circumflexum multi tenuere priorum.
Hic gravis est qui deprimitur, nec tendit in altum.
Ut gravis incipiet, sed in altum tendit acutus,
Atque gravis medius et acuti fit moderatus.
Est circumflexus gravis in primo, sed in altum
Tollitur, inque gravem recidit. Sed cessit ab usu.

(EE 205) Gravis accentus est qui incipit ab alto et descendit in ymum, dicendo *fa ut.*

[1] Jean de Gênes, *Catholicon* (II, 1) : « Aliqui dicunt circumflexum nichil esse in tempore nostro ponentes illum sub acuto. Sed errant penitus contra verum et artem loquentes, quia inter acutum et gravem oportet medium inveniri. » L'accent circonflexe est mentionné dans AA 8.

(EE 205) Acutus incipit, ut gravis finit, scilicet ad ymum, et tendit in altum, dicendo *ut fa*.

L'accent *moyen* (*moderatus*) participait de l'aigu plutôt que du grave[1] :

(EE 204 v°) Duplex est medium, scilicet unum quod equaliter distat ab extremis, sicut forte fuscum et pallidum, que sunt colores medii inter album et nigrum; et tale medium non est moderatus. Est autem aliud medium, quod equaliter non distat ab extremis; et tale medium potest dici moderatus, cum magis participet naturam acuti quam gravis.

(*Ibid.*) Quamvis uterque eorum (*l'aigu et le moyen*) elevet sillabam vel acuat et tendat in altum, tamen hoc est diversimode, quoniam acutus omnino sillabam acuit et elevat, moderatus vero non omnino elevat sillabam nec omnino deprimit eam.

(*Ibid.*) Postea quero utrum moderatus sit necessarius et de esse ipsius prosodie vel accentus. Et videtur quod non. Illud non est necessarium sive de esse prosodie, sine quo prosodia potest esse completa. Sed sine moderato prosodia potest esse completa..... Minor probatur, quoniam prosodia sive scientia de accentu attenditur in depressione vel elevatione sillabe. Sed acutus sillabam elevat, et gravis sillabam deprimit. Ergo prosodia potest esse completa sine moderato. Item hoc patet per Priscianum, qui sufficienter determinat de accentu, non tamen fecit mentionem de moderato. Oppositum arguitur. Quicquid contingit intelligere, contingit et significare. Sed contingit intelligere sillabam prout est sub elevatione magna vel

[1] La glose *Admirantes* dit assez vaguement (R 156 *atque gravis*) : « Moderatus nec in altum erigitur nec in imum deprimitur. Sed altum imumque tenens et sibi vendicans medium utriusque participat cum utroque. » Alexandre est d'ailleurs le premier grammairien qui parle de l'*accentus moderatus*, et l'on pourrait dire le seul (je ne parle pas ici des auteurs qui ont écrit sur la musique); car, en dehors du Doctrinal, je ne l'ai rencontré que dans le *Grammaticale* (DD 17), dont l'auteur a suivi Alexandre; et une glose du XIIIe siècle (Bibl. de Troyes, 1142; voir ci dessous *Additions*, p. 35, l. 37) dit en propres termes (*est gravis*) : « Aliquis actor nonquam determinavit de moderato accentu, nisi actor iste, nec propter hoc sequitur quod non debeat determinare. » Quant à la définition de l'accent, on adoptait en général (R 155 *accentus varias*) celle du *De Accentibus*, § 5, attribué à Priscien.

depressione, vel mediocri, que fit per moderatum. Ergo et cetera. Ad istam questionem dico quod moderatus accentus non est necessarius, ut de esse prosodie, cum prosodia possit esse completa sine eo, et cum Priscianus de eo nullam fecerit mentionem, quando tamen de accentu sufficienter determinat. Sed tamen dico quod moderatus accentus est possibilis et de bene esse prosodie; et hoc ostendit ratio ultimo facta. Et hoc dico sine preiudicio sententie meliorum.

Il est probable que les glossateurs ont tiré cette définition de l'*accentus moderatus* non de l'usage, mais de ce qu'Alexandre de Villedieu dit de son emploi et de celui de l'aigu :

In primis mediisque modo [1] regimus moderato
Voces accentu; finis regitur sub acuto.
. . . . . .
Datque gravem iure quecumque carebit utroque.

Du mot *regere* on a conclu que l'*accentus moderatus* étant de la nature de l'aigu était comme lui accent principal :

(EE 204 v°) Duo sunt accentus principales, scilicet acutus et moderatus, et alius est non principalis, scilicet gravis, sicut manifeste patet in littera. Sed videtur quod gravis accentus sit tam principalis, sicut et alii, cum tanta videatur esse mora in gravi secundum depressionem, quanta in aliis secundum elevationem. Ad hoc responde quod acutus et moderatus tantum sunt principales et gravis non principalis. Et hoc ostendo sic. Accentus principalis fit propter sonoritatem. Sonoritas autem fit magis per elevationem, quam per depressionem. Ergo ille motus qui consistit in elevatione, magis constituitur principalis, quam qui consistit ex depressione. Ergo et cetera. Et quod sonoritas magis habeatur per elevationem, quam per depressionem, declaratur, quoniam mora dicitur causare sonoritatem, maior autem mora est in elevatione, quam in depressione.

[1] (Bibl. de Troyes 1142, *in primis*) « *Construe sic. . . : Regimus*, id est principalius et altius proferimus, *modo*, in usu moderno..... Actor ponit ibi..... *modo* propter usum Prisciani, quia in usu Prisciani moderatus accentus non erat predominans. »

L'intonation aiguë d'où la voix descendait dans l'accent grave, et l'intonation grave d'où la voix montait dans l'accent aigu, appartenaient à la syllabe qui précédait celle qui avait l'accent grave ou aigu. Ainsi dans *Roma*, la voix descendait de l'intonation plus aigue donnée à *Ro* à l'intonation plus grave que recevait *ma;* dans *Israël* la voix montait de l'intonation grave donnée à *ra* à l'intonation aigue que recevait *el.* Les gloses ne disent pas d'où la voix montait sur *Ro*, ni d'où elle descendait sur *Isra.*

(R 156 *est gravis*) Hic gravis est, qui deprimitur, id est qui de alto in imum deprimendo in dictione cognoscitur, ut in hac dictione *Roma,* in qua gravis accentus cognoscitur esse supra ultimam sillabam per depressionem factam a prima sillaba, que est alta, quia moderatum habet accentum, ad ultimam sillabam, que est ima, quia ipsa gravem habet accentum.

(R 155 *est gravis*) Solet dici : acutus incipiet ut gravis. Igitur aut incipiet, sicut gravis incipit, in essendo, aut in manifestando. Si primo modo, contra. Gravis incipit in imo in essendo et in idem terminatur. Ergo et acutus in essendo a gravi incipiet. Quod falsum est, cum acutus habeat esse in alto. Si dicatur secundo modo dicendo quod acutus incipiet, sicut gravis, in manifestando, contra. Gravis in manifestando sive in via manifestativa incipit ab alto, ut visum est supra. Ergo et acutus in illa via ab alto incipiet. Quod falsum est, cum ab imo sive a gravi incipiat manifestari. Quid igitur est dicendum? Respondeo quod taliter intelligendum est : *acutus incipiet,* id est in inceptione manifestationis fiet vel erit, *ut* pro *sicut gravis;* ac si diceret: acutus in manifestando incipit a gravi, sicut a depresso, non tamen in essendo, ut liquet in hac dictione *Jacob* vel *Moab* et aliis, ut *Israel*, *Manasses*, *Salomon* et cetera. . . . . Accentus gravis est qui deprimitur nec in altum erigitur. Sed contra. Deprimi est deponi de alto in imum. Quare videtur quod secundum ipsum gravis accentus ab alta sillaba in imam deprimatur, sicut in hac dictione *Roma*, in qua prior elevatur et ultima deprimitur. Et ita secundum ipsum esset gravis accentus in dictione disillaba. Sed contra. . . . . Sillaba est subiectum proximum accentus. Unde quelibet sillaba suum habet accentum. . . . . Intelligas igitur taliter in hoc loco, quod actor

hic manifestat accentuum diversitates, ideoque non immerito de ipso accentu agit, prout est in subiecto manifestativo et ostensivo. Sed tale est subiectum eius . . . dictio. Unde Priscianus[1] : accentus in dictione certus est, extra dictionem, id est in sillaba, est incertus.

(Bibl. de Troyes 1142, *hic gravis*)[2] Contra hoc obicitur : quoniam tu dicis quod gravis accentus est qui incipit in alto et terminatur in ymum, ergo in eadem sillaba erunt plures accentus; et hoc est inconveniens, quia tot sunt sillabe quot sunt accentus. Ergo et cetera. Solutio. Dico quod gravis accentus est qui de altó in hymum premitur, id est qui incipit in alta sillaba in qua est moderatus, per respectum ad sillabam precedentem, ut *dominus*. Unde iste due sillabe *minus* habent gravem accentum, et *do* habet moderatum. . . (*ut gravis*) Acutus accentus est qui incipit ut gravis et tendit in altum per respectum ad sillabas precedentes. Unde sicut gravis cognoscitur per comparationem alte sillabe ad ymam, ita acutus accentus cognoscitur per comparationem alte sillabe ad alias precedentes sillabas, ut *Mychael*. Unde li *mi* et li *ca* habent gravem accentum, et li *el* habet acutum accentum.

Voici les règles générales posées par Alexandre. Elles sont celles de l'antiquité, avec cette différence que l'accent moyen remplace l'aigu et le circonflexe des anciens.

L'accent moyen (*moderatus*) ne porte jamais sur la dernière syllabe; l'accent aigu ne peut être que sur la dernière syllabe :

In primis mediisque modo regimus moderato
Voces accentu; finis regitur sub acuto.

L'accent aigu ou moyen est l'accent prédominant. Quand deux mots sont réunis en un seul (*paterfamilias*), il n'y a qu'un accent aigu ou moyen, qui se trouve aussi près qu'il est possible de la fin du mot. Toute syllabe qui n'a ni l'accent aigu ni l'accent moyen a l'accent grave :

[1] II, 12. — C'est le sens, mais non les termes.

[2] Voir ci-dessous, *Additions*, p. 35, l. 17.

Accentum per quem regitur vox, ultima servat,
Aut hunc iunctarum propius tenet una duarum [1].
Datque gravem iure quecunque carebit utroque.
Hos solos usu debes servare moderno.

Voici les règles particulières, qui, pour la plupart, sont tirées de Priscien; seulement l'accent moyen remplace l'accent aigu.

Tout monosyllabe a l'accent aigu, excepté les conjonctions et les prépositions :

Accentum tibi vox monosillaba reddit acutum,
Sunt quedam, quibus accentus gravis est quasi nullus,
Ut coniunctive voces et prepositive [2].

(R 157 *sunt quedam*) Dicit actor quod : quamvis dixerim quod dictiones monosillabe acuuntur, tamen sunt quedam monosillabe *quibus* et cetera *quasi nullus*, id est nulli speciei accentum proprie subditus, quia nec moderatus est proprie, nec acutus, ut de se patet, nec gravis omnino, cum parum deprimatur.

(Bibl. de Troyes 1142, *sunt quedam*) *Admirantes* dicunt quod prepositiones et interiectiones non habent accentum, quia gravis accentus non est accentus. Sed male dicunt, quoniam manifestum est quod sunt tres species accentus quoad modernos... Cum ergo gravis sit species accentus, gravis est accentus... Propter quod dico quod coniunctiones et prepositiones habent gravem accentum. Postea dicit actor quod habent quasi nullum. Sed contra... Illud quod habet gravem accentum non habet nullum accentum... Sed coniunctiones et prepositiones habent gravem accentum. Ergo et cetera. Propter quod dico quod est accentus predominans et accentus non predominans. Moderatus et acutus sunt accentus predomi-

[1] *ra* (glose interlinéaire) « *Hunc* accentum principalem, *propius*, scilicet penultima vel antepenultima. » — Cf. Priscien, *De Accentibus*, § 8.

[2] Priscien parle des prépositions (XIV, 2); il dit qu'elles ont l'accent grave; mais il ne dit pas que cet accent soit presque nul.

nantes, gravis vero non predominatur. Unde glosa : *quasi nullum*, id est quasi nullum accentum predominantem.

Tout dissyllabe a *l'accent*, c'est-à-dire l'accent moyen, sur la première, à l'exception d'un certain nombre de mots.

Ergo dans le sens de *causa*, les adverbes *circum*, *puta*, *pone*, *una*, *alias*, ont l'accent aigu sur la dernière syllabe, pour qu'on les distingue des autres mots qui ont la même forme[1].

Les adverbes formés de pronoms, comme *illic*, *istic*, *illac*, *istinc*, *istac*, etc. ont l'aigu sur la dernière[2].

Huic a l'accent aigu sur la dernière, quand il est de deux syllabes (R 157 *de pronominibus*), « id est, quando est in prosa. » Mais *hii* et *dii*, qui doivent s'écrire par deux *i*, ne font jamais qu'une syllabe.

Tout mot barbare qui ne suit pas la déclinaison latine a l'aigu sur la dernière[3]. Il prend l'accent latin avec la déclinaison latine :

Omnis barbara vox non declinata latine
Accentum super extremam servabit acutum.
Nostra dat accentum data declinatio nostrum.

(R 157 *omnis barbara*) Sicut omnes dicuntur barbari preter Grecos et Latinos, sic omnes dictiones dicuntur barbare preter Grecas et Latinas[4]... Attende quod dicit *non declinata*, ut *Salomon* in nominativo et vocativo, in

[1] *ergo, pone, una, alias* (*De Accent.* §§ 8, 47), *circum* (Priscien XIV, 6). Les anciens ne parlent pas de *puta*. On accentuait *pápe*, génitif de *papa*, et *papé*, interjection (11277, f° 52 v°), *amábo* futur d'*amare*, et *ámabo* « adverbium optandi » (11277, f° 53). Mêmes préceptes dans P 55. Pourtant on prescrit ailleurs d'accentuer *amabó* (P 43).

[2] Priscien, IV, 22.

[3] Cette règle se rencontre déjà au XIIe siècle (P 43 v°) : « Omnes dictiones, que terminantur in *b g h y x*, in fine accentantur, ut *Behelzebub*, *Oreb*, *Faleg*, *Magog*, *Ioseph*, *Booz*. Et omnes barbare dictiones que non declinantur, in fine accentantur, ut *Caïn*, *Abel*... Et omnes dictiones barbare que non ex toto declinantur, ut *Adam*, *Ade*, *Abraham*, *Abrahe*, *Ihesus*, *Ihesu*. » Même règle dans 11277, f° 53.

[4] Cf. Priscien, V, 11 ; VI, 23.

quibus acuunt ultimam sillabam. Sed in aliis casibus, in quibus servant nostram declinationem, servant nostrum accentum. Similiter dicendum est de hoc nomine *Sanson*. Sed cum *Thobias*, *Andreas*, et similia sint consimiliter hebrea, queritur quid sit dicendum de eorum accentibus. Dicendum est, ut michi videtur, quod ista nomina sunt moderno usui accommodata et latinis viris sepius imponuntur, nec a latina declinatione et terminatione deviant, ideoque latinum servant accentum. Inde queritur quo accentu profertur hec dictio *Thisbe*, et dicitur quod acuto.

Les enclitiques, c'est-à-dire les particules *que*, *ve*, *ne*, attirent l'accent sur la syllabe finale du mot auquel elles sont jointes[1] :

Attrahit encletica vox accentum sibi vocis
Premisse, quod eum finalis sillaba servat.

(R 157 *attrahit encletica*) Enclesis est inclinatio vocis ad vocem alterius sillabe. Maior autem est inclinatio in non declinabilibus, quam in declinabilibus; nam per partes indeclinabiles est inclinatio ad aliud et dependentia... Coniunctio coniungit; ideo magis inclinativa est... Ideoque propter suam inclinationem enclesis magis est in coniunctione quam in aliis... *Que*, *ve*, *ne*, dicunt ordinationem unius ad alterum, trahendo accentum ad se; ideoque dicuntur encletice. Sed alie coniunctiones sunt coniungentes duo respectu tertii. Ideoque alie non dicuntur encletice, sed iste, cum sint coniunctive unius ad unum solum... *Attrahit* intelligendum est, quando accentus precedentis dictionis immediate non est in ultima sillaba vel non est proximus coniunctioni encletice, et hoc est dictum propter talia, ut *Israelque*, *rexque*, in quibus non attrahitur sed remanet... Hoc est dupliciter, a penultima sillaba in ultimam, ut *celi celorumque*, vel ab antepenultima ad ultimam, ut *audieratque*. Accentus predominans est supra ultimam... Et solet queri cuiusmodi accentus sit ille, an moderatus an acutus... Cum dicitur « enclesis attrahit ad se accentum precedentis sillabe, » ita oportet intelligi, id est enclesis facit quod accentus predominans fiat supra ultimam sillabam, cum deberet fieri supra aliquam precedentem. Dico ergo quod, considerando secundum se dictionem in qua accentus trahitur ad ultimam, acutus accentus

[1] *De Accent.* §§ 9, 10; Priscien, XII, 29.

est super eam, quia nunquam ultime sillabe, in quantum huiusmodi, debetur moderatus accentus, sed acutus. Considerando ulterius quod dictio encletica et dictio encletisans non habent nisi unum accentum predominantem sive regentem eas, cum ille sit sumptus tanquam in medio, ex hoc recte poterit dici moderatus. Et sic patet solutio secundum diversos respectus intuendo.

Un mot apocopé ou syncopé, comme *nostras* pour *nostratis*, conserve l'accent sur la syllabe qui l'aurait si le mot était resté entier. Si la voyelle qui avait l'accent disparaît, comme dans *Deorum*, *Deum*, le mot reste soumis à la règle générale[1]. Si, après la syncope, la voyelle qui avait l'accent est suivie immédiatement d'une autre voyelle, comme dans *audiit* d'*audivit*, le mot reste également soumis à la règle générale[2].

Tout polysyllabe a l'accent moyen sur la pénultième, si la pénultième est longue; sur l'antépénultième, si la pénultième est brève.

Facio et *fio* gardent leur accentuation en composition, s'ils ne sont pas abrégés. Ainsi *calefacit* a l'accent moyen sur la pénultième, et *calefit*, l'accent aigu sur la dernière[3].

Les composés de *quando*, comme *aliquando*[4], *siquando*, *ne-*

[1] Priscien, IV, 22; VII, 8.

[2] Ceci est en dehors de la tradition antique. J'ai suivi l'interprétation donnée par la glose *Admirantes* au vers fort obscur d'Alexandre :

Regula vocali cedet tamen ipsa sequenti.

(R 158 *accentum vocis*) : « Si in dictione polisillaba concisa sequatur vocalis aliam vocalem, supra quam erat accentus in integra, ut in hoc verbo *audiit*, quod per concisionem fit ab *audivit*, et in compositis inde, accentus est in talibus faciendus secundum regulam primam de polisillabis, que talis est *accentum servat.* »

[3] Priscien, VIII, 35.

[4] Priscien (XV, 10) : « *Aliquando* differentiæ causa ab *aliquanto*, quod consimilem sonum habere videntur, acuit antepænultimam. » Voir ci-dessus, p. 144, ce que Pierre Hélie dit du T et du D. Il ajoute (N 155 v°. XVII, 45) : « Queritur autem quare non e converso factum est ut diceremus *aliquando*, producta penultima, et *aliquanto*, acuendo antepenultimam. Quod quidem non est curandum, nisi ut aliqua habeatur inter hec differentia. Est tamen aliqua probabilis ratio ad hoc : quia magis mutatur *d* in *t*, quam *t* in *d*, ideo in illa

quando, ceux de *inde*, comme *exinde, proinde, subinde*[1], ceux de *orsum* comme *deorsum, seorsum, sinistrorsum*, etc., les adverbes composés *delonge, deintus, deinceps*, sont accentués sur l'antépénultième, quoique la pénultième soit longue. Ces préceptes sont antérieurs à Alexandre. Pierre Hélie (N 116. XIV, 6. *Spec.* c. 143) nous atteste qu'on s'appuyait sur l'autorité de Priscien (XIV, 20) pour accentuer *délonge, alíunde*. Il pense pourtant qu'on ne doit accentuer ainsi que les composés de *inde* avec une préposition[2]. Il prescrit (N 124. *Spec.* c. 162) d'accentuer comme un seul mot *útputa, quísputas*[3]. Dans l'ordre de Cîteaux, au XIIe siècle, on accentuait ces diverses expressions de la manière suivante[4] :

(5102, 2[5], f° 154) álonge, délonge, deláte, déprope, écontra; ábintus, déintus; ábinde, éxinde, déinde; síquando, néquando, omnímodo, quodámmodo, tantúmmodo, solúmmodo, ullómodo, nullómodo[6], quínimmo, usquémodo, omnímodis, multímodis, multis módis; huiúsmodi, eiúsmodi,

dictione in qua est *d*, facta est differentia. Si quis vero certiorem inveniat rationem, non habeo preiudicare. » — Pour *siquando, nequando*, etc. cf. Priscien, XV, 10, 15.

[1] Priscien, XIV, 20.

[2] C'est en effet ainsi qu'il faut entendre le texte de Priscien; mais ce que dit Pierre Hélie montre qu'on forçait le sens pour étendre le précepte à d'autres mots. C'est ainsi que Lambert l'étendait à *ábintus, déintus, déintro*. Voir sa lettre dans Mabillon, *Annales ordinis S. Benedicti*, II, 744. M. Léopold Delisle m'en a signalé une copie dans le manuscrit 14193 (XIIe siècle), f° 107-108 v°; elle est plus complète et plus correcte, sur certains points, que celle de Mabillon. On ne sait au juste à quelle époque a vécu ce Lambert. Cf M. Hauréau, *Biographie Didot*.

[3] Matth. XVIII, 1 : « Quis, putas, major est in regno cœlorum? » Cf. XXIV, 45. Marc. IV, 40. Luc. I, 66. VIII, 25. XII, 42. *Quis putas* est la traduction de *τίς ἄρα*.

[4] Une partie de ces préceptes se retrouve dans la lettre de Lambert que nous venons de citer.

[5] Voir ci-dessus, p. 25, sur ce manuscrit, qui est du XIIe siècle.

[6] Hugutio, *De Dubio accentu* (8175, f° 48) : « De *quo modo* et *nullo modo* dicimus quod nunquam [sunt] dictiones composite; ponuntur tamen quandoque pro adverbio, et debent duobus accentibus (*lisez* uno accentu) proferri, scilicet *quómodo, nullómodo*. Sine dubio tamen, si tenentur loco nominis, debent sub duobus accentibus proferri. »

alicuiúsmodi, huiuscémodi, istiúsmodi, nulliúsmodi; aliquomódo, siquomódo, quoquomódo, quonammódo, dummódo; illátenus, nullátenus[1], aliquátenus, speciétenus, verbótenus; síquis, néquis; síquidem, néquidem; síquid, néquid; alicúius, sicúius, necúius; sícui, nécui, álicui[2]; étquidem, équidem, quandóquidem, quoniámquidem; sícubi, alícubi; átubi, ubíubi, ástubi[3], núncubi; úbinam, quísnam, quánam[4], quónam; parúmper, paulísper, aliquantísper, tantísper; óbiter; úsqueqūo, quoúsque, quoadúsque; deórsum, seórsum, quórsum, hórsum, súsum, iúsum; étenim, sédenim, átenim, nécenim, enímvero[5]; éttamen, áttamen[6], sédtamen; ácsi, tamétsi; alióquin; utrúmlibet, útlibet, quantúslibet; eóquod; útquid, nónquid, nonquídnon, nonquídnam; utrúmvis, quívis, cuiúsvis; tándiu, quándiu, aliquándiu, intérdiu; ínvicem, inínvicem, adínvicem, abínvicem; ínsimul; paulópost, multópost; paulóplus; quantómagis, tantómagis, multómagis[7];

[1] Hugutio, *ibid* (8175, f° 48): « De *nullatenus, hactenus, quatenus, inviam,* dicimus quod sunt due dictiones composite et quelibet illarum est proferenda uno accentu acuto posito super antepenultima... Si *qua* tenetur in vim nominis et *tenus* in vim prepositionis, proferendum est *quatenus* duobus accentibus; et similiter in omnibus consimilibus. »

[2] alícui *Cod.*

[3] Hugutio, *ibid.* (8175, f° 48) : « De *astubi* et *postubi* dicimus quod possunt esse dictiones composite, et quelibet illarum debet proferri acuto accentu posito super antepenultima. *Postubi* potest esse adverbium temporis et tantum valet, quantum *postquam,* et *atubi* potest esse coniunctio copulativa (coniunctionis copulative *Cod.*) et tantum valet, quantum *sed* (vel *add. Cod.*). Si *ast* vel *at* accipiatur pro *sed* et *ubi* adverbium loci vel temporis, non erunt *astubi* vel *atubi* una dictio [sed due dictiones] (sed una *add. Cod.*), ut sit sensus : *astubi,* vel *atubi,* id est pro *postquam in loco,* similiter *postubi,* id est *postea in quo loco* vel *quando,* vel *post,* id est *post illum locum ubi,* id est *in quo loco.*

[4] quanam *Cod.*

[5] Hugutio, *ibid.* (8175, f° 48): « De *verum enim vero* dicimus quod sunt tres dictiones cum tribus accentibus proferende. *Verum* est coniunctio et ponitur pro hac coniunctione *sed. Enim* [est] coniunctio affirmativa, id est certe. *Vero* est coniunctio expletiva, et nichil operatur quantum ad sensum. Quidam dicunt [quod] *enimvero* est una dictio et coniunctio affirmativa, id est *certe,* et profertur uno accentu acuto posito super antepenultima. Quod et Priscianus innuit. Sed quod predixi asserit a parte. »

[6] Hugutio, *ibid.* (8175, f° 47 v°) : « De *verum tamen* (verumptamen *Cod.*) dicamus quod est sub duobus accentibus proferendum, et est coniunctio adversativa *tamen,* et ponitur pro *sed.* Similiter *at tamen* et *si tamen* duobus accentibus debent proferri. »

[7] Hugutio, *ibid.* (8175, f° 47 v°): « De *quanto magis* dicimus quod semper sunt due partes duobus accentibus regende. Similiter dicitur de *tanto magis* et *multo magis.* »

paulóminus[1], nichilóminus[2], siquóminus, multomínus, quantomínus, tantomínus, quomínus; ádprime, ádmodum, propémodum, quemádmodum, quamóbrem[3]; priúsquam, pósteaquam, ántequam; inante; úsquedum; útputa, quispútas.

Pleraque et *utraque* sont accentués sur la pénultième, quoiqu'elle soit brève[4].

Les noms barbares (hébreux) en *el* ont l'aigu sur la dernière au nominatif et au vocatif, mais, aux cas obliques, ils suivent la règle générale. Ainsi on accentuera *Michael* sur la dernière, *Michaelis* sur la pénultième.

Ce ne sont pas là les seules exceptions qui modifient la manière dont on doit lire. L'interrogation change aussi les règles générales :

Hec excepta solent usum variare legendi.
Hunc etiam mutat lector, si questio fiat.

(R 159 *hunc etiam*) Sicut cum dicitur *curritne magister*. Nam sic dicendo, ultima huius dictionis *magister* acuitur, que gravaretur secundum illam regulam *accentum servat*.

On doit prononcer les mots grecs avec l'accentuation la-

[1] Hugutio, *ibid.* (8175, f° 47 v°): « Cum *paulominus* est dictio composita, debet proferri uno accentu posito super antepenultima . . ., et est adverbium remissivum, et tantum valet, quantum *fere*, ut *paulominus tonsum* . . . . . Quando (quoniam *Cod.*) autem sunt due dictiones, scilicet ablativus *paulo* et *minus* nomen vel adverbium, debet proferri sub duobus accentibus, ut. . . *ille est doctus, sed iste est paulo minus illo doctus.* »

[2] Hugutio, *ibid* (8175, f° 47 v°) : « Cum *nichilominus* est dictio composita, [debet] acuto posito super antepenultima proferri; et hec est coniunctio adversativa, et tantum (tamen *Cod.*) valet, quantum *tamen : Iste me offendit; nichilominus ego benefacio ei.* Quando vero sunt due dictiones, scilicet ablativus *nichilo* et *minus* nomen vel adverbium, debet proferri duobus accentibus. . . et tenetur *minus* comparative. . . ut : *Iste multum comedit; ille nichilo minus illo comedit.* »

[3] quamobrem *Cod.*

[4] Priscien, V, 63.

tine[1]. Néanmoins on trouve, au XIIe siècle, les préceptes suivants d'accentuation :

(5102, 2. f° 155)[2] Monarchía, tetrarchía, theoría, theología, allegoría, philosophía, philología, phisiología, astrología, astronómia, geométria, cyrurgía, cyrología, armonía, symphonía, melodía, psalmodía, omelía, analogía, zizanía, yronía, genealogía, apostasía, usía, romanía, prophetía, decanía, Alexándria, Nicomédia, philadélphia, comédia, tragédia, neoménia, scenophégia, angária, gastrimárgia[3], philargíria, cenodóxia, cinómia[4], letargía, epilensía, monopágia, mánia, cárdia, diárria, dissintéria, hentéria, strangiúria, gerarchía, tropología, enchénia[5], parróchia, cathegoría, eucharístia.

(14193[6], f° 108 v°) Dicimus monarchía, tragedía, castrimargía, allegoría, omelía, zizanía, neomenía, scenophegía.

On étendait ces prescriptions, du moins en Italie, au XIVe siècle, à d'autres noms en *ia* :

(8175, f° 34) Si penultima acuitur sive circumflectitur, longa est,... preter... greca vel a grecis exorta, ut *comedia, tragedia, Maria, chorea, platea*, et preter latina imitantia grecismum, ut *rectoria, cancellaria, Lombardia*, in quibus omnibus, quamvis penultima acuatur, tamen brevis est. Sed greca possunt penultimam tam producere quam corripere, ut *Maria, chorea, platea.*

[1] Cf. Diomède, p. 428 P. Donat, p. 1741 P. Servius *in Donatum* (éd. Keil, p. 525, 8.) — (11277, f° 71) : « Omnis genitivus in *os* accentatur in fine, ut *Eliopoleos, Decapoleos, Tapueos* (*sic*), *Geneseos.* Omnia greca in *sis* in fine, ut *paralisis, diocesis, genesis, heresis, frenesis.* » (5102, 2. f° 154 v°) : « Moyséos, Geneséos, Menphéos, Thanéos, Decapoléos, hereséos, sinaxéos... frénesis, parálisis. » (*S. V.* 188, f° 1) : « Poésis (*sic*), matesís, anachoresís, frenesís... Thanéos, Menphéos, Geneséos... hypocrisís, paraclisís, paralisís. » (Y *ya* 258 v°) : « Greca per *sis*, sive longa sint sive brevia, lector in fine acuit. »

[2] Le manuscrit P est ici moins complet. Il offre quelques variantes; ainsi (f° 55 v°) « astronomía, cyrúrgia, tropológia, fantasía. »

[3] castrinárgia *Cod.*

[4] Voir Bacon, *Opus majus*, Venet. 1750, p. 40.

[5] *Sic Cod.*

[6] Fragment de prosodie écrit au XIIe siècle. La suite manque.

(8175, f° 42 v°) In istis aliis dictionibus, scilicet *letanie*, *nigromancia*, *Lombardia*, et *Ungaria* et similibus servanda est consuetudo volgarium, que quasi pro arte reputatur. Nam si penultimam huius dictionis *Lombardia*, *letanie*, *nigromancia*, brevi accentu proferres, reputareris fatuus; et similiter si penultimam huius dictionis *Ungaria* litteraliter loquendo produceres, etiam fatuus reputareris. Respiciendum est igitur ad consuetudinem vulgarem et etiam litteralem. — (f° 36) Si acuatur (penultima), longa est... preter quedam usualia, ut *vicecomes*, et *fideiubes*, *vigintiduo*, *vigintitria*, *abbatia*, *cancellaria*, *vicaria*, in quibus penultima breviatur. In grecis vero potest corripi et produci.

§ II. — Pauses.

On appelait *pausationes* les repos de la voix dans la lecture, (EE 208) « pausatio, ut plerisque placet, est spiritus fatigati recreatio. » Chaque pause était annoncée par l'élévation ou par l'abaissement de la voix, inflexions que, dès le IXe siècle, on avait mises en rapport avec celles de l'accentuation[1]. On lit aussi dans les gloses sur cette seconde partie du XIe chapitre du Doctrinal :

(R 159) Dicto de accentu sive de modulatione in dictione, hic actor exequitur de modulatione regente orationem.

(E E 208) Superius actor determinat de accentu qui attenditur in dictione. Hic determinat de accentu qui attenditur in clausula vel oratione.

Cette partie de la tradition grammaticale du moyen âge reposait, du moins depuis le XIIe siècle, sur Isidore de Séville (*Origines*, I, 19) : « Prima positura subdistinctio dicitur; eadem et comma est. Media distinctio sequens est; ipsa est colon. Ultima distinctio quæ totam sententiam claudit, ipsa est periodos. »

[1] Il en était ainsi du temps du moine Hildemar, qui vivait vers 840. Voir sa lettre *De recta legendi ratione* dans Mabillon *Annales ordinis S. Benedicti*, II, 743. Je ne comprends pas la théorie qu'il expose; le texte semble altéré.

Mais déjà du temps de Pierre Hélie la valeur de ces termes avait changé, et on substituait d'autres expressions à *comma, colon, periodos* :

(*nb* 145. XVIII, 11) Videndum est quod tria necessaria sunt in legendis observanda, scilicet distinctio, subdistinctio, media distinctio. Et est media distinctio quod appellamus punctum, subdistinctio est quod appellamus metrum, distinctio vero quod dicimus finem versus. Et media distinctio fieri debet, quando, perfecta una clausula, nondum perfecta habetur sententia, ut *hominibus venientibus ad ecclesiam.* Tunc vero debet fieri subdistinctio, quando[1] iam perfecta est sententia, aliquid tamen adiungi desiderat ad maiorem sententie perfectionem. Tunc vero debet fieri distinctio, id est finis versus, quando ita perfecta est sententia, ut nichil amplius addi desideret.

Ainsi Pierre Hélie attribue à la *media distinctio* ce qu'Isidore dit de la *subdistinctio*, et réciproquement. Néanmoins il donne à l'expression *media distinctio* la même origine qu'Isidore, car il ajoute :

(*Ibid.*) Et dicitur media distinctio non, ut quidam putaverunt, quod primo debeat fieri subdistinctio, deinde media distinctio, et postea distinctio. Sed media distinctio dicitur ex consuetudine antiquorum, qui, quando volebant facere mediam distinctionem, punctum in medio ultime littere faciebant, in subdistinctione vero ad caput littere ponebant punctum, in distinctione vero in inferiore parte littere punctum ponebant. Et sic etiam invenitur in antiquis libris, ut *hominibus venientibus ad ecclesiam· imperator vadit ad bellum· cum armata manu.*

On voit, en outre, que Pierre Hélie, contrairement à la tradition ancienne, fait marquer la *subdistinctio* en haut de la lettre et la *distinctio* en bas.

Alexandre définit comme Pierre Hélie la *media distinctio*, et

[1] quia *Cod.* quando... distinctio *om.* N.

la *subdistinctio;* mais il appelle *metrum* ce que Pierre Hélie appelle *punctus,* et *punctus* ce qu'il appelle *metrum :*

Pausat tripliciter lector. Distinctio plena
Namque fit, et media; fit subdistinctio terna.
Si suspensiva fiat constructio, quando
Pausabit, media poterit distinctio dici.
Si sit perfecta constructio, sed tamen addi
Convenit, ut plena sententia possit haberi,
Si lector pauset, ibi subdistinctio fiet.
Completo sensu fiet distinctio plena.
Hec est peryodus mutato nomine dicta.
Est metrum media distinctio. Finis habetur
Versus peryodus. Est subdistinctio punctus.

La glose *Admirantes* a remarqué le désaccord qui se rencontre entre Alexandre et Isidore d'une part et entre Alexandre et Pierre Hélie de l'autre. Elle essaye, suivant l'habitude de ce temps, de concilier ces autorités. Isidore et Alexandre ont chacun raison, parce qu'ils se sont placés à des points de vue différents :

(R 160 *pausat tripliciter*) Huiusmodi contrarietatis patet solutio ita. Supponimus quod uterque diversis respectibus bene dixit. Considerans igitur Ysidorus et attendens quod, quando oratio intellectui sensum prestat[1], hoc habet esse in medio orationis maxime, propter hoc non immerito, cum sit ibi pausatio, illam pausationem mediam distinctionem appellavit. . . Tamen actor noster, secus et subtiliter intuendo, considerans quod *subtristis* est idem quod *parum tristis,* quare tristis, tamen dicitur parum, consideravit subdistinctionem dici pari forma. Unde subdistinctio dicitur minus quam distinctio vel parum distinctio, quasi distinctio parum complete sententie, id est non omnino perfecte sententie vel complete, tamen aliquantulum.

[1] secundum *add. Cod.* et hic cum *add. rb.* — *Ce passage manque dans ra.*

Quant au désaccord avec Pierre Hélie, on le conciliait par l'interprétation du texte, que la glose cite d'ailleurs sous une forme différente de celle qu'il a dans nos manuscrits :

(R 160 *pausat tripliciter*) Videtur esse contrarietas inter P. H. et actorem istum, quia actor iste vocat mediam distinctionem metrum. . ., et subdistinctionem vocat punctum. . ., sed P. H. dicit e converso sic dicens[1] : « Mediam distinctionem appello, quam quidam punctum vocant, subdistinctionem, quam illi metrum. » Videtur ergo esse contrarietas inter illos. Ad quod dicendum est quod P. H. non ostendit id assertive neque opinione propria, sed recitando opinionem aliorum. Quod innuit, quando dicit *quam quidam punctum* et cetera. Unde si illud dicunt alii, tamen non sequitur propter hoc quod dicat ipse similiter.

On demandait pourquoi Alexandre et les autres auteurs n'ont prescrit que trois sortes de pauses :

(R 160 *pausat tripliciter*) Ad quod patet solutio iuxta verba Ysidori sic dicentis[2]: « Positura est figura ad distinguendos sensus. » Unde et quot erunt sensus distinctiones principales, tot erunt pausationes necessarie. Sed huiusmodi distinctiones, prout hic accipiuntur, tres sunt, ut probatur. Ergo tres erunt pausationes. Quod sic patet. Omnis sensus orationis aut est completus aut incompletus. Si incompletus, sic fiet pausatio, deprimendo, ad notandum sensus statum esse talem. Talis pausatio media distinctio appellatur. Si completus sit sensus, hoc dupliciter, quia vel completus omnino vel non omnino. Si secundo modo, tunc fiet pausatio erigendo, ad notandum statum sensus sive orationis esse talem, et hec pausatio subdistinctio nuncupatur. Si sit sensus omnino completus, tunc tota oratio terminabitur cum pausatione, que plena distinctio est dicenda, et hoc est quod dicit P. H.[3] dicens ita : « Media distinctio est facienda, quando nondum est sententia perfecta, subdistinctio autem, quando perfecta est sententia, ita tamen quod

[1] Dans le passage que nous venons de citer plus haut. Mais le glossateur cite un autre texte que celui de *nb* et N.

[2] I, 19.

[3] Le texte cité ici est encore différent de celui que nous avons donné plus haut, d'après *nb* et N.

oportet aliquid sequi. Distinctio tunc est facienda, quando perfecta est sententia ita quod necesse non est aliquid sequi. » Idem P. H. exemplificans subiungit ista verba : « *Rege veniente ad ecclesiam* fiat hic media distinctio *maximum tonitruum factum est* hic fiat subdistinctio *et tunc tota civitas repleta est timore* hic fiat distinctio. »

Voici comment on faisait sentir la *distinctio* d'après la glose *Admirantes :*

(R 160 *completo sensu*) Hoc habet fieri in cantu multipliciter, vel deprimendo in imum et postea elevando, ut ibi *fiat lux*, vel elevando et postea deprimendo, ut ibi *dixitque Deus*. Et habet fieri aliter in fine versus evangelii et in fine epistole, ut de se patet.

(R 157 *accentum tibi vox*) Monosillabam latinam vel barbaram dictionem si sequatur dictio dissillaba vel trisillaba in fine versus, illa est in equalitate vocis sustinenda, ut *mane factus fuit ros magnus*, èt iterum *illo loquente venit vir regius*. Item *dixit Ihesus illi;* ultima de *Ihesus* hic erigitur. Item *dixit Iacob Domino*. Item barbare dictiones et monosillabe habent in interrogationibus erigendo duo puncta in fine, utique non exemplum[1] : *numquid venit Job*. Item *dixit Jacob*. Et ideo queritur unde hoc est. Dicendum est quod huiusmodi dictiones, eo quod sunt monosillabe et barbare, debent acui. Ideoque secundum hoc de tali natura debent habere unum punctum erectum sive elevatum per se, et quia superaddita sive superveniens interrogatio adhuc addit naturam elevandi, ideo habent aliud punctum elevatum. . . Cetere dictiones que de se acui non debent, si ponantur in fine interrogationis, ratione solius interrogationis unum solum punctum debent elevatum habere. Ex hoc satis patet quare monosillabe et barbare dictiones in fine versus elevantur, et quare unico puncto elevantur, nisi sit versus interrogativus. Et attende quod in Bibliotheca frequenter reperitur versus, ubi non est nisi unica dictio monosillaba vocaliter expressa, tali modo : *Quis hoc faciet? Rex ait : tu*. Ecce versus in quo non exprimitur nisi unica dictio monosillaba; et illa est aliquantulum erigenda.

[1] utique. . . exemplum — sed relique non exempli *rb*. *Le passage manque dans ra. Le texte est évidemment altéré.*

On lit dans une glose du XIVe siècle :

(EE 208) Fiet pausatio omnino vocem deprimendo, et hoc maxime debes intelligere de legendis, cum simili modo non fiat depressio in evangeliis et epistolis.

On se posait en effet la question suivante :

(R 160 *pausat tripliciter*) Utrum iste pausationes sunt communes epistole evangelio et legendis, hoc pono in questione. Responsio. Credo quod sic, non tamen eisdem accentibus sive cantibus, ut per se patet. Sed opponitur quod peryodus est cantus circularis, et circularis cantus non habet fieri in fine versus evangelii. Quare non erit ibi peryodus. Ad quod potest dici quod peryodus potest dici cantus circularis, intelligendo sic, id est cantus designans sententie circularitatem, id est perfectionem: Unde ubi erit circularitas, id est summa perfectio orationis, ibi habetur peryodus.

On peut substituer la *media distinctio* à la *subdistinctio*, mais non inversement. Si l'on ne veut pas marquer trop souvent la *media distinctio*, on soutiendra la voix sans l'élever ni l'abaisser :

Pro puncto sepe metras. Sed non retroverte.
Sustentans pauses, si bis metrare recuses.

(R 161) Pro puncto quoniam frequenter accidit multiplicem in legendis invenire mediam distinctionem continue, ut si dicatur *rege veniente ad ecclesiam et habente secum proceres*, et accidit invenire multiplicem subdistinctionem, ut ibi *manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt*, propterea, quia eadem pausatio pluries recitata fastidium generat, super hoc invenerunt remedia adhibenda, que ponuntur in littera ab actore ostendente quod, si contingat subdistinctionem sive punctum pluries reperiri in uno versu, tunc pro puncto fieri poterit metrum sive depressio sive media distinctio, quod idem est, sicut ibi deprimendo *manus habent et non palpabunt* et cetera. Sed non fit e converso, ut pro metro fiat punctus, quoniam minoris est supplere vices maioris potius quam e converso . . . . . Item si plura metra, ut predictum est, inveniantur continue, loco unius

poterimus ibi facere punctum planum vocem equaliter sustinendo..... ut[1] *vespere autem sabbati (que lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum).*

La glose *Admirantes* n'entre dans aucun détail sur la manière dont on notait les pauses. Elle appelle la *subdistinctio, punctus elevatus*, la *media distinctio, punctus depressus*. Elle ne donne pas de terme correspondant pour la *distinctio*. Enfin elle appelle *punctus planus* ce qu'on peut substituer à la *media distinctio* (R 160). Voici ce qu'on trouve, à ce sujet, dans une glose du XIVe siècle :

(EE 209) Media distinctio debet signari ex uno puncto cum virgula parum depressa. Subdistinctio est secunda, que debet signari ex puncto rotundo cum virgula parum elevata ad signum quod parum elevatur in acuto accentu. Sed plena distinctio vel periodus dicitur, quia omnino perficit sententiam, et debet signari ex puncto quadrato in signum perfectionis

Les Italiens, qui ont donné des préceptes sur la manière de composer les lettres[2], sont plus précis : leur ponctuation est, d'ailleurs, celle qui est en usage dans beaucoup de manuscrits anciens, et leurs termes sont employés dans le même sens que ceux d'Isidore. Boncompagnus n'admet que deux signes :

(T *a* 123) Punctus est quidam terminus divisivus, per quem distinctiones universe clarescunt..... Punctorum alius suspensivus, alius planus. Suspensivus est ille qui virgula scribitur sursum erecta; unde sensum locutionis denotat incompletum..... Punctus planus est ille qui virgula scribitur plana, in cuius gremio legentis animus quiescit et totus sensus locutionis successive terminatur. Quod autem dixi *virgula plana* non mireris, quoniam Ebrei et Greci talibus punctabant virgulis, vel quia talia puncta virgulas appellant.

[1] Matth. XXVIII, 1. J'ai complété la citation.

[2] Voir ci-dessus, p. 91.

Les préceptes de Thomas de Capoue[1] sont plus conformes à l'usage qui prévalait avant le XIIIe siècle et qui a prévalu après ; et ils sont reproduits par presque tous ceux qui ont traité de l'*Ars dictaminis*. Voici comment ils sont présentés par un notaire de la cour de Rome au XIIIe siècle[2] :

(f° 1) Est ergo distinctio pars peryodi quadam vocis differentia proferenda et certo puncto in textu littere prenotanda. Distinctionum alia suspensiva[3], alia constans[4], alia finitiva[5]. Suspensiva est ad quam auditoris animus quasi exterius prolatione suspenditur et ab intellectus sui plenitudine retardatur; et hec punctanda puncto plano et virgula porrecta superius. Constans est ad quam, si possit auditor sine suspensione quiescere, potest tamen oratio aliquid subrogare; et hec est puncto plano et simplici terminanda. Finitiva est qua prolata utriusque quiescit intentio, ut nec plus velit oratio addere nec auditio necesse habeat aliquid exoptare; et hec scribenda puncto plano et virgula deorsum flexa. Earum vero trium in unius peryodi serie tale habebis exemplum : *Quoniam inter multiplices rerum*[6] *eventus tue fidei expertus sum puritatem ? exponere iam tibi animi secreta non vereor*[7]. *quoniam in animi secretario te velut quibusdam brachiis intime caritatis amplector* ;

Un autre auteur italien[8], peut-être du XIIIe siècle, parle

[1] Hahn, *Collectio monumentorum veterum et recentium ineditorum*, Brunsvigæ, 1724, I (p. 279 — 385), p. 293.

[2] Bibliothèque mazarine, 585 (XIIIe s.) : « f° 1. Incipiunt introductiones magistri Transmondi, apostolice sedis notarii, de arte dictandi. Dilectissimo amico suo A. frater T. salutem et perfectionem operis et sermonis — 62 eos in aliquo neglexisse. »

[3] *Coma* dans Thomas de Capoue.

[4] *Cola* dans Thomas de Capoue.

[5] *Peryodus* dans Thomas de Capoue. Les termes employés par Transmondus se retrouvent dans Jean de Gênes (*Catholicon*) et dans l'auteur du *Candelabrum* (*S. V.* 906, f° 50 v°).

[6] res *Cod.*

[7] veretur *Cod.*

[8] On trouve un traité en huit livres *De Arte dictaminis* dans le manuscrit *S. V.* 906 (XIVe s.) : f° 42. « Presens opus *Candelabrum* nominatur, quia populo dudum in tenebris ambulanti lucidissimam dictandi peritiam cognoscitur exhibere. — 136 v° Si hoc acceptaverint, aliud opus in proximo de cartis et privilegiis, ut iura volunt, excellentissimum faciemus. » L'auteur est un Florentin qui probablement enseignait à Bologne (f° 135 v°) : « Licet

du point d'interrogation, qui, au IXe siècle, est déjà mentionné[1] :

(*S. V.* 906, f° 51 v°) De punctis. . . . . et modo punctandi triplicem differentiam iam audivi. Ecclesia quippe romana omnes distinctiones in pronunciando terminat puncto plano, et punctis scripturalibus utitur valde paucis, nec ullam virgulam scribit, nisi quando clausulam conclusionis finit. Alii sunt qui diverso modo quoque scribunt, dicentes quod per arsin, id est elevationem vocis[2], omnia sunt comata proferenda; et hoc ostendit punctum cum virgula sursum ducta. Cola[3] vero sunt accentu gravi aliquantulum fovenda, quod denotat punctum sine aliqua virgula scriptum. At periodum censetur graviori accentu pronunciari debere, quod punctum monstrat cum virgula infra ducta. Et iste modus fere ab omnibus observatur. Nos vero tenemus quod omnes terminationes preter finitivam debent per arsin legitime continuari, sed periodus per thesin, id est depositionem vocis, nisi cum in ecclesia legimus[4], ubi tam in psalmis quam ceteris lectionibus auctoritas consuetudinis[5] est servanda. De punctis vero distinctionum sedis apostolice auctoritatem servamus, dicentes quod omne punctum sine virgula esse debet, nisi ubi sermo vel epistola terminatur, quia in geminum punctum cum virgula deorsum ducta fieri [terminatio][6] consuevit. Ubi etiam est interrogatio, virgula satis digne puncto superscribitur aliquantulum tortuosa et in acutum directa, ut pateat acuto accentu illam pronunciari debere. Nam si iuxta pronunciationum modos puncta scripturalia volumus variare, antiphonarium videbitur.

Les deux points et la majuscule après le point sont men-

clara Florentia nos genuerit, fructum tamen scientie vel saltem alicuius bonitatis a Bononia contrahentes ipsam precipue matrem nobilium studiorum debemus et volumus magnifice honorare. » A la manière dont il parle (f° 47 v°) des maîtres d'Orléans (voir ci-dessus, p. 114, n. 2), il semble qu'il soit contemporain de l'époque où ces écoles avaient de la réputation, c'est-à-dire du commencement du XIIIe siècle.

[1] Hildemar en parle dans sa lettre (Mabillon, *Annales*, etc. II, 743), ainsi que de deux autres signes tombés depuis en désuétude, l'un pour la *percontatio*, l'autre pour l'interrogation dont la réponse est négative.

[2] vero *add. Cod.*

[3] colon *Cod.*

[4] legittimis *Cod*

[5] consuetudini *Cod.*

[6] *Om. Cod.*

tionnés dans une glose du Doctrinal dont le manuscrit est de 1480 :

(MM *hec est periodus*) In scriptura, ubi debet fieri media distinctio, debet poni unus punctus inferius. Ubi vero fit subdistinctio, duo puncta. Ubi vero plena distinctio, unus punctus etiam inferius. Sed si aliquid sequatur, prima littera debet esse notabilior aliis. Verum est tamen quod, si ibi fuerit interrogatio, cum illo puncto inferiori faciendum est signum interrogationis superius in hunc modum ⁓.

On trouve dans un manuscrit de la fin du xve siècle la virgule, le tiret et la parenthèse :

(PP 58 v°) Virgula fit sic / coma fit sic ⁏ colum sic ~ periodus sic; semipunctus sic — gemipunctus sic.. parentesis ( ). Et nota quod virgula fit ad distincte proferendum dictiones cum quadam pausula, coma vero, quando oratio est suspensiva, et colum, quando perfecta est oratio, periodus autem, quando nichil illi sententie potest addi. Semipunctus fit in fine linee in scribendo, quando scilicet linea est perfecta et dictio est truncata; gemipunctus, quando aliquis debet nominari, non tamen ponitur nomen : ideo loco nominis debent fieri illi duo puncti; parentesis denique, quando sententie inchoate et non perfecte adiungitur in medio alia sententia.

On rencontre les deux points avec les autres signes de ponctuation, dans un manuscrit italien de la fin du xve siècle :

(OO 129) Coma vero fit in duobus punctis... poniturque post uniuscuiusque verbi suas constructiones : qua demonstratur vel precedens a sequenti vel sequens a precedenti verbo dependere... Virgula... ponitur inter duo substantiva vel duo adiectiva, ne faciant confusionem, et inter duo verba, quando eorum constructiones non distincte sed mixte sunt, et ubicunque distinguendum est... *Dum quidem his obedierit :* hic coma ponitur *non modo imperator* / hic virgula *sed liber habendus omnino non erit :* hic coma *preclare enim hoc a doctissimis usurpatum :* coma *quorum ego aucto-*

ritate non uterer : coma *si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio* : coma *quum vero apud prudentissimos loquar* : coma *quibus hec inaudita non sunt* : coma *cur ego dissimulem me* / virgula *si quid in his studiis operæ posuerim* / virgula *perdiscere*? Hic interrogationis punctum claudit orationem perfectam.

CHAPITRE VI.

VERSIFICATION.

On assignait une triple fin à l'art de faire des vers :

(R 122 *pandere proposui*) Causa finalis trimembris est, quia ista scientia tendit finaliter ad delectationem, ad memoriam firmiorem, ad lucidam et venustam brevitatem. *Ad delectationem* dico, quia in bene ornatis delectamur. *Ad memoriam firmiorem* dico; nam ordo in sermone metrico observatur, et, ut ait Aristoteles[1], reminiscibilia sunt que ordinem habent. Et *ad lucidam et venustam brevitatem* dico; nam sermo metricus nichil diminutum, nichil in se continet superfluum Iste cause finales ex descriptione versus sic possunt elici : Versus est metrica oratio succincte et clausulatim progrediens, venusto verborum matrimonio et sententiarum flosculis picturata, nichil in se superfluum nichilque continens diminutum[2]; quia, cum dicitur *succincte et clausulatim progrediens*, tangit illud quod facit ad memoriam; cum dicit *venusto verborum matrimonio*, tangit illud quod facit ad delectationem; cum dicit *nichil in se superfluum* et cetera, tangit illud quod facit ad lucidam et venustam brevitatem. Sed videtur in contrarium quod non faciat ad memoriam, quia, cum memoria intellectum subsequatur et intellectus propter scansionem et divisionem sillabe a sillaba et sillabe a dictione in sermone metrico impediatur, metrum videtur memoriam impedire. Solutio. Metrum potest dupliciter considerari : aut penes scansionem, et sic potest intellectum et memoriam impedire; aut penes ordinationem dictionis cum dictione et sine

[1] *De Memoria et reminiscentia*, III, 452 a 3.

[2] Voir ci-dessus, p. 102

scansione, et sic potest memoriam confirmare, cum nullus sermo sermone metrico melius sit ordinatus. Unde locum potest habere exemplum Aristotelis supra dictum.

Voici comment la poésie est définie et divisée dans un traité de métrique du XIVe siècle [1] :

(f° 3 v°) Ars metrica servit poesi. Nam poesis est scientia que gravem et illustrem orationem claudit in metro, que ad similitudinem IIII virtutum obtinet IIII species, scilicet comediam, tragediam, satiram et elegiam. Comedia agit de moribus V personarum, scilicet senum et iuvenum, servorum, matronarum et ancillarum, ut comedie Terentii; tragedya, de infelicitate sublimium personarum, ut facit Lucanus et Statius; satira, de variis viciis et peccatis, ut facit Oratius, Persius, Iuvenalis; elegia, de affectionibus amantium, ut Ovidius.

On admettait deux sortes de versification, l'une fondée sur la quantité et les principes de la tradition antique, l'autre fondée sur le nombre des syllabes et la rime. A côté du *dictamen metricum*, dont Virgile est le type, Thomas de Capoue reconnaît le *dictamen rithmicum* dont Primat est le modèle [2]. On lit dans Sponcius :

(T *w* 1) Dictamen est litteralis editio venustate sermonum egregia, sententiarum coloribus adornata. Dictaminum aliud metricum, aliud prosimetricum, aliud rictimicum, aliud prosaicum. Metricum est illud quod pedum numero et vocum attenditur scansione. Prosimetricum est quod partim prosaice partimque metrice compilatur. Rictimicum est quod sillabarum numero et vocum consonantiis est contextum. Prosaicum est quod solutum a lege metrica longa sed congrua continuatione procedit.

[1] Sorbonne 1782 (papier) : « Versus est determinata et legitima pedum connexio — permeant figuris. Explicit liber regularum de arte versificandi. »

[2] Hahn, *Collectio monumentorum veterum*, I, 280 : « Dictaminum... tria sunt genera a veteribus diffinita..., prosaicum, ut Cassiodori, metricum, ut Virgilii, rithmicum, ut Primatis. » Cf. P. Meyer, *Archives des missions*, 2e série, III, 263, note.

VERSIFICATION MÉTRIQUE.

I. — QUANTITÉ.

Depuis longtemps on ne sentait plus la quantité. Les préceptes relatifs à la mesure des syllabes n'étaient plus qu'une tradition grammaticale. Ainsi Pierre Hélie se demande comment on peut savoir qu'une longue est double d'une brève :

(N 8 v°. II, 12) Quomodo poterit sciri quod bis tantum teneatur longa littera, quam brevis? Quis hoc potuit dimetiri? Sed fortasse non ideo dicitur duum temporum. Sed quia que correpta est dicitur unius temporis, ideo fortasse producta dicitur duum temporum, eo quod multo plus teneatur quam brevis, non quod bis tantum teneatur secundum rectam mensuram. Vel ideo, quia due breves ponuntur sepe pro una longa, et e converso.

La notion de la longueur par position s'était obscurcie dès le IXe siècle. Pierre Hélie, qui lisait pourtant dans Priscien (II, 12, 13) qu'une voyelle brève suivie de deux consonnes forme avec elles deux temps, parce que chaque consonne compte pour un demi-temps, Pierre Hélie enseigne que la voyelle est *allongée* par les consonnes qui la suivent :

(N 4. I, 10. *Spec.* c. 11) (Vocalis) longa positione est, quando propter duas consonantes sequentes vel propter unam dupplicem producitur . . . Brevis positione est illa que, cum natura sit longa, positione sequentis vocalis corripitur (*comme dans* audiit *pour* audivit).

Cette confusion entre la quantité de la voyelle et celle de la syllabe se retrouve dans Alexandre de Villedieu et subsiste encore dans nos écoles (Alexandre, ch. x) :

Quando vocalem duo consona iuncta sequuntur,
Aut unum duplex, producit eam positura.

(R 128 *quando vocalem*) Dicit actor quod, quando due consonantes sequuntur unam vocalem, ita tamen quod prior ex illis consonantibus se teneat cum vocali, vocalis dicta debet produci per positionem . . . *Duo consona iuncta*, id est iuncturam et dependentiam ad vocalem precedentem habentia, propter hoc dictum est, quod interdum inveniuntur due consonantes sequi vocalem positam in alia dictione precedenti. Sed cum ipse iuncturam suam non habeant cum illa vocali, ideo ipse semote ab ipsa illam nequaquam producunt.

Sed cum finitur vocali dictio curta,
Consona que subeunt, non hanc producere possunt.

(R 128 *sed cum finitur*) Contra sententiam precedentem videtur esse instantia per Iuvenalem[1] dicentem *sepe stillantis ocelli*, et per Ovidium[2] dicentem *talia nec Chiron ab Achille premia cepit*. Ad quod dicendum est quod quondam illud faciebant. Sed abiit a consuetudine modernorum.

L'*i* entre deux consonnes, l'*x* et le *z* comptaient comme consonnes doubles[3].

On admettait, sans restriction, qu'une voyelle brève peut rester brève ou devenir longue devant une muette suivie d'une liquide (*l* et *r*) :

Si faciat curta vocali sillaba finem,
Mutaque cum liquida vocem subeunt in eandem,
Ex vi nature propria licet hanc breviare,
Et propter mutam liquidamque potes dare longam.

(R 128 *si faciat*) Exempla huius rei apparent in Thobia[4] in istis versibus :

Replet agenda, sacrat domino se, legis honestas
Quod dicit, superi patris amore patrat.

Isti versus legantur ordine retrogrado[5], ut exempla plenius elucescant.

[1] VI, 109.
[2] *ex Ponto* III, 3, 43.
[3] Voir ci-dessus, pp. 142, 145, 146. On lit dans (Yya 258) : « Ante *z* nulla vocalis corripitur. »
[4] Poëme de Matthieu de Vendôme.
[5] On a en effet :

Patrat amore patris superi, dicit quod honestas
Legis, se domino sacrat, agenda replet.

On admettait même qu'une voyelle longue, placée au milieu d'un mot devant une muette et une liquide, pouvait être employée comme brève :

> Vocalem medie breviant, si muta sequatur
> Cum liquida; tamen hanc productam pone brevemque.
> Longa fit *adiutrix*, *octobris*, nomen in *atrix*.
> Cum *cyragra podagra* quidam breviant, alii non.

(R 134 *vocalem medie*) Dixerat actor superius ibi, *si faciat curtam*, quod quando post vocalem naturaliter brevem sequitur muta et liquida, illa vocalis indifferenter potest poni. Sed hic ponit aliam regulam, dicens quod quotiescunque in mediis sillabis muta et liquida sequuntur aliquam vocalem, illa vocalis corripitur, quantum est de se, ut *áratrum*. Produci tamen potest per naturam gemine consonantis, et sic potest ad indifferentiam se habere.

C'est ce qui explique pourquoi on rencontre les quantités suivantes : *arătrum* (P 55 v°. 11277, f° 71. Y*ya* 258 v°. 8175, f° 35), *Cleopătra* (P 55v°), *commătres*, *confrătres*[1], *delŭbrum*, *simulăchrum* (P 55v°), *volutăbrum* (11277, f° 71).

Alexandre dit d'une manière générale que la voyelle est souvent longue devant une autre voyelle dans les mots grecs, et que l'*i* est rarement bref devant l'*a* dans les noms propres hébreux; mais il n'entre pas dans le détail non plus que la glose. Certains grammairiens considéraient la pénultième des noms grecs en *ia* comme commune[2].

On rencontre dès le XIIe siècle le mot *crementum*, employé

[1] Hugutio *De Dubio accentu* (8175, f° 48 v°) : « Male dicitur sine omni excusatione *áratrum*, *cómmatres*, *cónfratres* et similia, ut accentus ponatur in antepenultima, quia in istis penultima naturaliter longa est. »

[2] Voir ci-dessus, p. 406. Cf. Quicherat, *Thesaurus poeticus*, au mot *sophia*, et L. Müller, *De Re metrica poetarum latinorum*, p. 249. — Lambert (voir ci-dessus, p. 403, n. 2) croyait que les mots *tragedia*, *comedia*, avaient, en grec, la diphthongue *ei*, comme *Alexandria* (Mabillon, *Annales ordinis S. Ben.* II, 744).

dans l'acception qu'il a conservée dans la tradition de notre enseignement élémentaire (544, f° 116 v°) :

A *crevi* natum crementum credito longum.

Alexandre emploie le même mot pour désigner l'accroissement que les noms prennent aux cas obliques par rapport au nominatif, et celui que prennent les verbes par rapport à la seconde personne du singulier du présent de l'indicatif actif. Déjà Priscien avait souvent employé le mot *crescere* dans ce sens : « Illa quoque masculina sunt, quæ una syllaba crescunt in genitivo (V, 30). » Alexandre, ou plutôt les grammairiens qu'il a suivis, disent de même :

Qui rectos superant, obliquos crescere dices.
A pluralis et *e* crementum protrahit *o*que;
I vel *u* cremento breviare iubemus eodem.
Sunt testes *quarum*, *quorum*, *rerum manibus*que
Et *verubus*, *rebus*, *dominabus* sive *duobus*.
Verbum personam quod habet superare secundam
Primi presentis, crescens hac arte notabis.
Debet ad activi presens hec norma referri,
Et si non habeat activum, fingere debes.
A crescens verbum producere debet ubique.
. . . . . .
I tibi producunt quarte crescentia prima.
Omni preterito reperimus *imus* breviando,
Inque *velim* produc crementa priora vel in *sim*.

On voit par ces vers qu'Alexandre ne considère les créments dans les noms qu'au pluriel.

(R 131 *qui rectos superant*). Quoniam crementa in numero singulari satis patent per ea que actor in declinationibus prelibavit, propterea actor illud considerans exequitur solum de crementis in numero plurali.

Les expressions synonymes *crescentia prima*, *crementa priora*,

montrent que, par une inconséquence qui subsiste encore dans nos prosodies, on admettait dès ce temps, au nombre des crements, des syllabes qui ne *s'ajoutent* pas en réalité au mot. Ainsi *di* est compté comme crément dans *audimus, audivimus*, quoiqu'il se trouve déjà dans *audis*.

(R 133 *i tibi producunt*) Ait ergo quod hec vocalis *i* producitur in primis crementis quarte coniugationis, ut *audimus*, *auditis*. Et dicit *in primis crementis* ad differentiam secundorum, ut *audivimus*, ubi sunt duo crementa. Primum crementum attenditur in hac sillaba *di*, que producitur, secundum attenditur in hac sillaba *vi*, que corripitur.

(R 132 *inque velim*) Sicut verba quarte coniugationis producunt *i* in primis crementis, ita hanc vocalem producunt hec verba *sum* et *volo* in primis crementis, ut *simus*, *velimus*, *sitis*, *velitis*, et dicitur *in primis* ad differentiam secundorum, ut *fuimus*, *voluimus*.

La glose définit le crément pour les noms autrement que pour les verbes, quoique ce terme soit employé dans le même sens pour les uns et pour les autres :

(R 132 *a pluralis*) Nec obmitti debet quod actor vocat ibi crementa illas sillabas que precedunt sillabám crescentem supra nominativum, ut *que quarum*, *muse musarum*. . . Dicendum est similiter in verbo. Vocat crementum sillabam facientem excessum supra secundam personam presentis indicativi modi, ut *amas amamus*, *legis*, *legimus*.

Une glose du xve siècle signale ce qu'a d'impropre la dénomination de crément :

(MM 77 v° *qui rectos superant*) Ille obliquus dicitur crescere qui superat nominativum suum in una syllaba vel in pluribus, et vocalis immediate precedens illam sillabam vel illas sillabas dicitur esse in crementó . . . Ex isto statim sequitur corollarie[1] quod cum aliqua vocalis dicitur esse in crementó, ibi sumitur li *in* pro *iuxta*.

[1] correlarie *Cod.*

On déterminait la quantité des mots soit au moyen des exemples que fournissaient les poëtes, soit à l'aide de l'étymologie.

Les poëtes classiques n'étaient pas les seuls qui fissent autorité. On ne distinguait pas entre les époques. Les exemples que l'on trouve écrits, d'une main du XIe siècle, en tête du manuscrit 1928[1], sont tirés de Cicéron, Lucrèce, Virgile, Horace[2], Ovide, Lucain, Germanicus[3] César, Stace, Juvénal, Martial, Serenus Sammonicus, Juvencus, Prudence, Sedulius, Paulin de Nole[4], S. Prosper, Priscien, Rufin[5], Avitus[6], Fortunat, Alcuin, et de deux auteurs que je ne connais pas[7]. Le camaldule Paul a emprunté ses exemples[8] à onze poëtes qu'il range dans l'ordre suivant (Q 34 et suiv.) : Virgile, Horace, Juvénal, Perse, Lucain, Stace, Sedulius, Prudence, Arator, Prosper, Ovide. Un grammairien italien[9] du XIVe siècle recommande de

[1] Je dois la connaissance de ce fragment à l'obligeance de M. Léopold Delisle. Il commence par « *Perseverat.* Post manes tumulum quæ perseverat. *Marcialis.* » Il finit par « *Zizania.* De satione Dei zizania fulsit amara. *Fortunatus.* »

[2] Son nom est toujours écrit *Oratius*, comme on l'a écrit presque universellement au moyen âge.

[3] Il est cité sous le nom de « Cesar in aram (*sic* lisez *Aratum*). »

[4] Il est appelé simplement *Paulinus.* Mais on reconnaît aux vers cités que c'est Paulin de Nole qui est désigné.

[5] C'est sans doute le fameux ministre de Théodose. Voici le vers qui lui est attribué : « Et vitam insignem laudamus Socratis arte. *Rufinus. V. C.* »

[6] Il est cité sous son prénom *Alcimus* écrit *Alchimus.*

[7] Les voici avec les vers qui leur sont attribués : « Stauromatas (*sic*) fallæque (*sic*) Getes (*sic*) arcumque Gelontes (*sic*). *Achilles.* » — « Catus in obscuris cepit pro sorice picam. *Sophocles.* » Ce dernier vers se trouve dans une pièce anonyme de l'Anthologie latine (Burmann) V, 162.

[8] Il ne donne de préceptes que sur la quantité des syllabes finales. Il enseigne celle des syllabes initiales et médiales par des exemples.

[9] On reconnaît que ce grammairien est Italien, aux passages suivants (8175, f° 17) : « *Edus, di,* pro *capretto.* » F° 18 : « *Sepia* pro pisce marino quem vulgariter vocamus *seccia.* » F° 20 : « *Ilia, iliorum,* pro *flanco.* » F° 20 : « *Pileum* pro *capello.* » F° 23 : « *colum, li,* pro instrumento filandi quod vulgariter dicitur *la conocchia.* » F° 26 : « *Pupa, pupe,* quam puelle vocant *pupatam.* » F° 32 v° : « obsonia autem scruta sunt, que vulgariter *trippe* vocantur. » Ce grammairien n'est

ne déterminer la quantité que d'après l'usage des auteurs et des bons auteurs :

(8175, f° 27) Ad exempla nobilium autorum diligens versificator recurrere assuescat. — (f° 35) In primis sciendum est quod omnis sillaba cognoscitur exemplo, id est auctoritate alicuius boni autoris, ut Virgilii vel Lucani.

Il puise lui-même principalement dans Virgile, Horace, Ovide, Lucain, Perse, Stace, Juvénal; il accorde quelque autorité à Sedulius, à Prudence, et à un ouvrage qu'il appelle *liber sacrificiorum*[1]; il cite çà et là Tibulle, Claudien, Caton, S. Prosper, Arator, Ennodius, Avianus, Boëce, Esopus, Theodorus[2], Homerus[3], Macer[4], Galfredus[5], l'Alexandréide, l'*Aurora*, le Grécisme, le Doctrinal[6], Matthieu de Vendôme[7], Egidius[8], et il critique plusieurs fois Alain de Lille[9]. Deux grammairiens citent un certain Lisorius[10].

probablement pas l'auteur du traité qui commence dans le même manuscrit au f° 35 (voir ci-dessus, p. 50), et qui a pourtant beaucoup d'analogie avec le précédent.

[1] Il désigne sans doute par ce nom le Missel. Il y renvoie (f° 6 v°. Voir ci-dessous, p. 439) pour un vers qui se chante le dernier dimanche du carême.

[2] Ce nom est ordinairement écrit *Theodolus*. On lit dans une glose du XIIIe siècle sur l'*Egloga* (2638, f° 32) : « Liber iste sic intitulatur : incipit egloga Theodoli vel Theodosii vel Theodorii. »

[3] C'est le nom qu'on donnait à l'auteur de l'abrégé de l'Iliade qu'on trouve dans la collection des *Poetæ minores* de Wernsdorf, et qui porte, dans certains manuscrits, le nom de *Pindarus Thebanus*.

[4] C'est l'auteur sous le nom de qui on mettait, au moyen âge, le poëme *De viribus herbarum*.

[5] Je ne sais si c'est Godefroi de Vinesauf. (8175, f° 8) : « Galfredus : *Mite cor Andree, preciosa iuvenca Iohanni.* »

[6] Il n'est jamais cité sous le nom d'Alexandre. L'auteur dit toujours *autor Doctrinalis*, comme s'il ne savait pas son nom.

[7] Il l'appelle *Vindocinensis*.

[8] Je ne sais si c'est Gilles de Corbeil. Voir ci-dessous, p. 434, au mot *prŏsa*.

[9] Il l'appelle toujours *Anticlaudianus* et il semble avoir pris le titre du poëme pour le nom du poëte. — Il cite (8175, f° 40 v°) un certain Albinus d'après Priscien (VII, 22); voir M. Egger, *Latini sermonis vetustioris relliquiæ*, p. 313.

[10] Voir ci-dessous, p. 435, n. 6.

On tirait des arguments de l'étymologie pour décider les cas douteux; on en verra plus bas des exemples aux mots *mandŭco, prōpero, sanguisŭga, sincĕrus, spĕra, suffŏco, tristēga.*

Alexandre dit avoir remarqué que la quantité des noms propres dépend souvent de la volonté du poëte :

Ad placitum poni propriorum multa notavi.

(R 123) Multa nomina poni possunt indifferenter, quantum ad aliquas sui sillabas... Unde Theodolus : *Condidit Athenas* et cetera[1]. Idem Theodolus : *Lychaon archas* et cetera[2]. Idem : *Notus feritate Lychaon.* Item Prudentius[3] : *Nec mea post Mariam.* Sed aliquando producitur, ut hic : *Assit principio sancta Maria meo.* Nec mirum si propria potius diversificantur quam alia, quia universalia pauca sunt respectu individuorum, et ideo de universalibus potius quam de aliis, circa talia potest dari regula. Verumptamen nomina regionum, cum sint cognita satis, convenienter subiacent regulis. Propter quod dicit Donatus in Barbarismo[4] quod, si producitur prima huius dictionis *Ytaliam*, vicium est. Propter quod dicit actor notabiliter *multa*, et non omnia; et iterum propter aliqua propria, que maxime nobis sunt cognita, potest dicere, ut *Roma*, et propter alia, in quibus est positio, ut *Andreas, Bartholomeus.*

(8175, f° 11 v°) Omnis prima sillaba proprii nominis indifferenter ponitur, nisi longa vel brevis in aliqua auctoritate inveniatur, ut *Iuppiter* et *Iuno*, ... et nisi sit dyptongata, ut *Eufrates*, vel positione longa, ut *Marcus*, vel regula brevis, ut *Iohannes.*

Dans les mots grecs, on suit tantôt la quantité de la langue grecque, tantot celle du latin :

Grecaque nunc nostro, nunc more suo variantur.

(R 123) Verbi gratia vocalis ante vocalem in latinis dictionibus corripitur, sed more greco producitur... Ait Ovidius in Metamorphosi[5] *immemo-*

[1] La fin du vers est « adiuvit nomine Pallas. »

[2] La fin du vers est « celestes provocat iras. »

[3] *Psychomachia*, 88.

[4] Donat, p. 1767 P.

[5] VIII, 581.

resque sui festas duxere choreas. Et ita producitur penultima huius dictionis *choreas* more greco. Sed Virgilius eam corripit, et hoc potest facere more latino; unde ipse ait[1] *pars manibus plaudunt choreas et carmina dicunt.*

On enseignait la quantité des mots soit en donnant une liste alphabétique de mots, avec les vers des poëtes où ces mots étaient employés, soit au moyen de règles relatives à la quantité des syllabes initiales, médiales et finales, exposées par ordre alphabétique (*ab, ac,* etc., *eb, ec,* etc.) et accompagnées des exceptions[2].

Je vais énumérer ici par ordre alphabétique les mots qui étaient employés avec une autre quantité que celle que leur donnaient les anciens, et ceux qui sont étrangers à la langue classique[3].

[1] *Æn.* VI, 644. Le texte porte *pedibus* au lieu de *manibus.*

[2] On trouve de semblables règles dans les manuscrits suivants : 1° O 30-31. Voir ci-dessus, p. 24. — 2° 544 (XIIe s.). Poëme sur la quantité des syllabes initiales : f° 115. « Regula splendescit qua littera prima patescit — 119 cetera, ni *iuvi,* sunt curta; vel excipe *pluvi.* » Préceptes en prose sur la quantité des syllabes finales : f° 119 v° « A finale declinabilis dictionis — 120 Omnis dictio terminata *x* vel *y* producitur ut *pax, epy.* » Observations sur la quantité des voyelles avant l'*h* et une autre voyelle : f° 120 « omnes vocales ante *h* breves sunt — et uno verbo *reicio.* » — 3° le xe chapitre du Doctrinal. Alexandre a dû reproduire un poëme fait antérieurement sur ce sujet; car il dit qu'il ne traitera pas de la quantité des noms propres païens, et pourtant il donne la quantité d'un certain nombre comme *Thracus, Dacus, Mavors,* etc.; sans doute il n'aurait pu effacer tous les noms sans faire trop de remaniements, et il les a laissés. Beaucoup d'exceptions aux règles générales sont omises par ignorance ou par oubli; un grammairien italien de la renaissance, Pylades de Brescia (Brixianus), signale les omissions suivantes : *rēmus, stīpendium, crōcio, prōficio, lōligo,* les verbes commençant par un *p* qui sont composés avec *pro, prōpello,* etc., *lūtum* (espèce de couleur), *contāgium, suffrāgium, repāgulum, sepĕlio, vigēsimus, perīculum, peregrīnus, pristĭnus, invītus, eleemŏsyna, pupŭgi, pecūlium, cucŭmis.* — 4° Y*ya.* Voir ci-dessus, p. 43. — 5° 8175. Voir ci-dessus, p. 50. — On trouve encore dans P (43 v°, 55) des listes de mots avec l'indication de leur accentuation et parconséquent de la quantité de leur pénultième, quand ils ont plus de deux syllabes. Je les cite d'après le manuscrit 5102, 2. f° 150 v° et 154.

[3] Les voyelles indiquées comme brèves ou longues *ad libitum* sont en romain, le

Syllabes initiales et médiales. — *abbas, abbātis* Al. — *Abdenăgo* Al. — *Abimĕlech* Al. — *Absălon* Al. — — *ăd* 8715, f° 27 : « *A* media corripitur ante *d*, ... preter *cicada*, et propria nomina, ut *Gualrada.* » — *adamantīnus*[1] P. Yya. — *Adăquas* (nom de lieu) Yya. — † *agăbus* Yya. — *Agapĭtus* Yya. — *Agnés, Agnētis* P. — *ālo, as* Yya. — *alo, alĭtum* P. — *altārium* P. — *anas, anātis* 8175, f° 28 : « Dicunt multi quod *anas, anatis* corripit penultimam in obliquis. Quod etiam reperitur in Macro[2]. Sed iuxta regulam desinentium in *as* debet tantum producere. » — *Andegăvis* Yya. — *angĕlus* Al. Yya. — *anthiphŏna* P. — *antĭpos* Al. — *aptŏtum* Yya. — *Ariopāgus* P. Yya. — *artāvus* Yya. — — *as* 8715 f° 28 : « Propria vero indifferenter ponuntur, ut *Gervasius* et *Prothasius.* » — *Ascălon* Al. — *Asĕnech* Al. — *Astiāges* Yya. — *azĭmus* Al. 8175, f° 30 v°. — *Azōtum* Al.

Baiōce Yya. — *băiulat* 8175, f° 41 : « Potest dubitari de isto versu *Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos*[3] *occat.* In isto versu illa sillaba *ba* breviatur, cum sit longa positione... Ad hoc dicunt quidam quod *i* abiicitur ibi in scansione, et dicunt *Cloto colum baulat* et cetera, pro *baiulat.* Sed quod *i* debeat ibi abiici nulla confirmatur auctoritate. Michi tamen videtur quod versus ille falsus sit, nec circa eius dubitationem est multum laborandum, cum in nullo auctentico autore verbum *baiulo* reperiatur. » — *balānus* Al. — *Barcinŏna* P. — *Belleemīta* Yya. — *Bitŭris* Yya. — *Bonĭtus* Yya. — *brachīle* Yya. — *brāchos* (βραχύς) Al. *rc* : « Inde *brachium, tribracus, amphibracus.* » — *Brĭtones* Al. 8175, f° 21 v°[4]. — *bŭtirum* Al.

călo, as Al. (sans autorité[5]) — † *cambīces* Yya. — *cano, canĭtum* Yya. — *Canopus* Al.[6] — *carŏpus* Al. *rc* : « urina calculosa. » *rb* : « color vel urina. Et

reste du mot étant en italique. Je désigne par l'abréviation Al. Alexandre, l'auteur du Doctrinal. Je marque d'une croix les mots dont je ne connais pas le sens, et qui sont peut-être écrits fautivement par le copiste, sauf la voyelle marquée du signe de quantité et la consonne suivante.

[1] Cf. Bacon, *Opus majus*, p. 41.

[2] *De viribus herbarum* (*Scriptores medici*, éd. Alde), f° 246 v° : « Anseris aut anatis mixta pinguedine thuri. »

[3] antropos *Cod.*

[4] 544, f° 117 v° : « Et bene curtandus, quamvis non *Brito, Britannus.* »

[5] J'entends par là que le mot ne se trouve dans aucun poëte latin. Je m'en suis rapporté, sur ce point, comme sur la quantité des autres mots, au travail si complet et si exact de M. Quicherat, *Thesaurus latinæ linguæ poeticus.*

[6] P 55 v° : « *Canópus* dicamus. »

dicitur a *caro* et *opos*, *visio*, quasi visio carnis. » — *cathĕdra* Yya. — *cātholicus* Al. — *cavere* P : « tam secunde coniugationis, quam tertie, apud auctores (invenitur)... Oratius[1] : *Vive, vale, cave ne titubes mandataque frangas.* » — *cedrīnus* Al. (sans autorité). — *cĕdrus* Al. 544, f° 116 : « Ast *edo* sive *cedrus*, *pedis* atque *pedum* breviamus. » — † *cetūra* Yya. — *crisoprāsus* Yya. — *clandestīnus* Al. P. *S. V.* 188. Yya. 8175, f° 31. — *clibānus* Al. (sans autorité). — *clītella* Al. — *collārium* P. — *comēdo*, *comēdonis* Yya. — *compīlo* 8175, f° 20 v° : « Multi male accipiunt, dicentes *compilo*, id est in unum colligo, et inde *compilatio*, quod sine dubio nullius auctoritatis est. » — *compŏtus* Yya. 11277, f° 55. — *contribŭlis* P. — *convĭcio* 544, f° 117 : « Verbum *convicio*, quamvis *convicia*, dico. » — † *coprés*, *coprētis* P. — *cōralis* Al. — † *corpassīnus* Yya. — *cōtidie* Al. 544, f° 118 v° : « Sex tamen excipiantur *Cotidie*, *poto*, *totus*, veniat licet a *tot.* » — † *crenīdis* Yya. — *cristallīnus* P. *S. V.* 188. Yya. — *cŭdo* Al. 544, f° 119 : « Et *rudis* atque *sudes*, *cudo*, sive *trudes* quoque tolles. »

David, *Davidis* Al.[2] *Davīdis* Yya. 8175, f° 30 : « *David* proprie debet corripere penultimam obliquorum, quia nominativus eius desinit in *id* correptam, nec est de exceptuatis... Invenitur tamen producere. » — *degrādo* Yya. — *Deifĕbus* Yya. — *denārius* Al. : « *Denarium* quidam breviant. » 8175, f° 27 v° : « *A* ante *rius* media producitur....., preter *denarius.* » Cf. *ibid.* f° 27 v°. — *dictāmen* Yya. — † *dromēdus* P. — *dŭco*, *as* 544, f° 118 v° : « *Dux*, *ducis* a *duco* dictum tamen esse memento, Atque *ducare* traham simul et de *luce lucernam.* » Yya. — *dūcatus* 8175, f° 25 : « Errat ergo Anticlaudianus producens primam huius nominis *ducatus.* Ait enim[3] *ducatu summi regis conscendit in arcem.* » — *dyacŏnus* Al. Yya. — † *dyātim* Yya. — *edūcat* P.

egglōga Yya. — *ēgloceros* Al. R 138 : « ab *egle*, quod est capra, et *ceros*, quod est cornu. » — *elĕmosĭna* Al. — † *Emĕnus*, *Emĕna* (noms propres) Yya. — *ĕmio* Al. *ra* : « Grece, quod est *orno* latine. Inde *prohemium*..... *Emio* non est in usu, sed sua composita, ut *redimio.* » — *ēpacta* Al. — *epithŏma* P. — *epitōmen* Yya — — *erium* Al. 8175, f° 29 v° : « *E* ante *rium* debet corripi, ut *misterium*, *glicerium*, *filacterium*[4]. Tamen *misterium* producitur. Ovi-

[1] *Epist.* I, 13, 19.

[2] 544, f° 115 : « *Avius* et *pravus*, *David*, *suavis* quoque, *gnavus* »

[3] *Opera* (éd. de Visch), p. 383.

[4] filaterium *Cod.*

dius[1] : *Pandimus interdum doctis misteria rerum.* Sed corripitur in libro sacrificiorum : *Misterium fertur prememorasse crucis.* Sed hoc propter necessitatem metri accidit. » — — *ērus, ērius* Al. : « *R* subeunte, brevis datur *e.* Tamen excipies *rus* In propriis, sicut *Galterus.* » 8175, f° 29 : « Propriorum vero quedam corripiunt, ut *Volanerius*, quedam vero producunt, ut *Gualterius.* » — — *ĕs* Al : « *E* super *s* brevis. » 8175, f° 29 v° : « *E* ante *s* breviatur in mediis, ut *heresis* et *dyocesis.* » (cf. ci-dessous *frenesis* et *mathesis*). — ┼ *eschĭnus* P. — *exŏdus* Al.

fabella Al. *făbella* 8175, f° 12. — *febrīlis* Yya. — *ferĕtrum* Yya. — ┼ *figĕlus* Yya. — *flăbellum* Al. 8175, f° 14. — *Floriācum* Yya. — *framĕa* P. — *frenesis* Al. 8175, f° 29 v° : « *Frenesis*... invenitur mediam quandoque corripere, quandoque producere. » *frenĕsis* P. Yya : « quod tamen Macer melius corripit[2]. » — — *frīco*[3], *confrīco*, *perfīco* P. — *fūtio* 544, f° 119.

Galĕsus Yya 258 v° : « Oratius[4] producit, sed Lucanus[5] corripit. » — *Gascŏnes*, *Guascŏnes* P. — *glis*, *glītis* Al. — *glōsa* 8175, f° 24 v°. — *gŏmor* Al. *ra* : « id est mensura apud Ebreos. » — *Grādivus* Al. — *Gualfrēdus* 8175, f° 28 v°.

heremīta Al. — *herĕmus* (ἔρημος) Al. Yya 8175, f° 28 v°. — *hĕresis* Al. 544, f° 117 : « Est *heresis* curta, quamvis sit ab[6] *hereo* dicta. » — *Hermés*, *Hermētis* P. — *Hesĕbon* Al. — ┼ *Hyspănis* Yya.

iacinctus Al. — *Iaīrus* P. Yya. — ┼ *iaphătum* Yya. — ┼ *iaphĭta* Yya. — *ibidem* 8175, f° 45 v°. — *ibix*, *ibĭcis* P. — *ĭco* Al. 8175, f° 19 v° : « *Ico*... secundum Caprum[7] corripit penultimam, secundum Lucretium producit. » — — *īcus* Al. : « In propriis *īcus* producitur, ut *Fredericus.* » Yya : « Propria nomina virorum in *icus* producuntur, ut *Henricus*, *Ludovicus.* » — ┼ *ierocontīnus* Yya. — *Iessĕmanus* Al. — *Ihĕsus* Al. — — *im* — *it* Yya 258 : « (*I*) ante *m* vel ante aliam consonantem produci potest in metro per figuram que dicitur hectasis, ut *dederimus*, *dederitis*, preter *poterimus*, quod nunquam produci

[1] Je ne trouve pas ce vers dans les œuvres d'Ovide.

[2] C'est inexact ; on lit dans le poëme (f° 234) : « Oppositum medici quem dicunt esse phrenesi. »

[3] Hugutio croit devoir prescrire (*De Dub. acc.* 48 v°) : « *Frico* penultimam habet brevem. »

[4] *Od.* II, VI, 10.

[5] Le mot ne se trouve pas dans Lucain.

[6] ad *Cod.*

[7] Priscien, X, 17.

poterit. » 8175, f° 40 : « Aliqui. . . fortasse et non imperite volunt dicere quod penultima huius dictionis *dederitis* ulla necessitate metri violentiam non patitur. Et dicunt quod non est aliquo modo brevis, sed naturaliter longa; et dicunt quod illa dictio *dederitis* non est a *do, das,* sed ab alio verbo, scilicet *dedo, dedis;* et ista ultima est melior opinio. » — *infantīlis* Yya. — † *innobātes* Yya. — *innūbilis* Yya. — *interpōlat* P. — *iocundāre* P. Yya. — *Israelīta* Yya. — *ītalus* Al. — † *itumĭda* Yya. — *iubĭlum* P.

lāganum Al. : « *Lāgana* producit Petrus. » — *lechītus* (λήκυθος) Al. 8175, f° 31 v°. — † *legĭmen* Yya. — † *lenītis, idis* Yya. — *leūga* Yya. — *lĭburnum* Al. — † *litōres* Yya. — *lŭcror* Al. 544, f° 118 v° : Et *lucror* atque *lucrum* breviabimus atque *lucellum.* » — *lumbāre, lumbārium* P.

maciāna Al. *rb :* « id est poma silvestria vel Daciana vel Cesariana. » — † *magēra* Yya. — *mammŏna* Al. — *mandŭco* 8175, f° 33 : « De hoc verbo *manduco, as,* dubitatur, quod videtur componi a *manu,* et *duco, cas,* cuius penultima corripitur. Quod si verum est, ergo dicimus *manduco* corripere penultimam. Usus tamen producit iuxta illud *manducare potes formicam, si caput aufers.* Dicimus quod magis videtur brevis, quam longa, considerata vera ipsius significatione et compositione. Nec ullus nobilis autor fuit ausus ponere, quia credo quod dubitabant omnes. Et ideo tutius est ut sequamur usum, *quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi*[1]. » — *mastix, mastīcis* Al. 8175, f° 30 : « Dubitatur. . . de hoc nomine *mastix* an producat penultimam in obliquis. Dicunt quidam quod sic, et oportet dicere *mastīco, cas.* Nos vero dicimus quod corripitur sicut *fornix,* et inde *mastico* penultimam corripit. » — *mathĕsis* Al. : « *E* super *s* brevis. Excipitur divina *mathesis.* » 8175, f° 29 v° : « *E* ante *s* breviatur in mediis. . . , preter *poesis,* et *mathesis,* quando significat divinationem. . . Sed *mathesis,* quando sumitur pro disciplina, corripit mediam. Unde est versus : *Scire facit mathesis, sed divinare mathesis.* » — *Mediolānis* Yya. — *Melchisĕdech* Al. — *meliōro, as* P. — *mĕlus* Al. *rc :* « quoddam animal, gallice *taissons.* » *mĕlum* 544, f° 116 v° : « *Celer* et *velud* excipiemus, Atque *velim* pariterque *gelu, melos* atque, *melum*que. » — *memŏror* (déponent) P. — † *merāca* Yya. — *metībor* Yya. — *mīgro* Al. — *mīno* Al. *rb :* « idem est quod *duco, ducis.* » 544 f° 117 v° : « Excipitur *sinum,*

[1] Horace, *De arte poet.* 72.

cum vas est, *minoque* verbum.» 8175, f° 20 v°. — *monachīlis* P. Yya. — *mōnas* (*μονάς*) 544, f° 118 : «Crede breves reliquos, nisi *nonus zonaque monas.*» 8175, f° 23 v° : *Monas* autem corripitur in Anticlaudiano, ubi[1] dicitur[2] *est monas et numeri de se parit unica turbam.* Sed versus[3] dicit *monade subtracta dicatur*[4] *apocopa facta.* Hoc autem ideo contingit, quia non bene scitur a Latinis natura Greci. Sed scimus quod derivata a monade[5] breviantur,» — *mono* (*μόνος*) Al. *mōnos* 8175, f° 12. — *monoptŏtus* 8175, f° 33. — *mulier, mulieris* Al. Pierre Hélie (N 53. VI, 40. *Spec.* c. 62) : «Qui dicunt *mulieris* penultima producta, dicunt Priscianum illud affirmare in libro de Accentibus[6].» P 42 : «Quidam dicunt *mulieres* antepenultimam sillabam elevantes, alii *muliéres* tenentes penultimam..... Unusquisque contentus sit consuetudine loci quem invenerit[7].» 8175, f° 29 : «Dubitatur de obliquis huius nominis *mulier* an producat penultimam an corripiat. Videtur enim quod corripiat, quia omnia latina desinentia in *r*, si crescunt in genitivo, corripiunt penultimam in obliquis, testante Prisciano[8], ut *pauper, pauperis.* Sed Statius eam producit, dicens[9] : *Si qua dein soboles, si qua est mulieris origo.* Quidam dicunt esse longam et excipiunt a regula Prisciani. Nos vero dicimus quod in veritate brevis est, et Statius propter necessitatem metri produxit. Et ideo poete nunquam utuntur obliquis eius. Usus tamen frequens producit.»

† *nasīlum* Yya. — *natalīcium* Yya. — *nēbris* Al. — *nequĭtum* (de *nequeo*) P. — *Nicholaīta* Yya. — † *Nilīta* (nom propre) Yya. — *Ninĭve* Al.

ōbesus 8175, f° 22. — *ōbex* Al. 544, f° 118 : «*Obes* longatur nomen, verbum breviatur.» — *obrizum* P 55 v° : «Dicimus *óbrizum*, alii *obrízum.*»

octābe Yya. — † *octăna* Yya. — *orŏbus* (*ὄροβος*) Al. *ra* : «populus vel genus leguminis.» — — *ov* 8175, f° 33 : «in quo (*Lodovicus*) ad libitum versificatores corripiunt et producunt.»

[1] ut *Cod.*

[2] *Opera*, p. 351.

[3] usus *Cod.*

[4] dicitur *Cod.*

[5] monide *Cod.*

[6] On lit en effet dans certains manuscrits de ce traité (voir l'édition de Keil), § 23 : «Hæc omnia et similia (*les noms en er*) in obliquis corripiuntur, excepto *hæc mulier, huius mulieris.*»

[7] Ailleurs (5102, 2. f° 151) *muliéris* est prescrit.

[8] *De Acc.* § 23.

[9] Ce vers n'est pas dans Stace.

pāpa Al. 8175, f° 15 v°. — *partĭbor* Yya. — *pedūlis* Yya. — *pellicānus*[1], *pellicānis* 8175, f° 27 v° : « De hoc nomine *pellicanus* dubitatur quod videtur componi ab hoc nomine *pelle* et *canus*, *na*, *num;* et sic producitur. Beatus vero Augustinus in libro Psalmorum dicit[2] quod est dicendum *pellicanis* tertie declinationis; et sic corripitur, si cum *canis*. Et hoc videtur rectius. Multi tamen dicunt quod est secunde declinationis. » — † *Pemĕnes* (nom propre) Yya. — *Pentateūcum* Yya : « si diptongum disiungas. » — *perendĭno* Al. — *perfĭdus* 8175, f° 19 v° : « Potest. . . dici *perfidus* media producta, id est valde fidus, quia tunc non componitur cum *fides*, sed cum *fidus*. » — † *pericĕlus* Yya. — *phăla* Al. — *Phălum* Al. *rb* : « Mons est ubi crescit bonum vinum. Inde *phalernum*. » — *pharĕtra* Yya. — *Pictāvis* Yya. *Pictavis* 8175, f° 28 : « Propria vero possunt esse indifferentia, ut *Pictavis*[3]. Unde quidam : *Erige, Pictavis, libera facta, caput.* Sed quidam alter corripuit, dicens *Pictavis*[4] *in vernis subigit sua iura nec ultra.* Dicimus ergo in talibus magis usum servandum esse, ut *Endegavis, Ungari.* » — † *pigrĭtor* P. — *pīrula* Al. R : « Gallice *escurnels*, pro femina; sed pro mare dicitur *hic pirulus*. Vel pirula est naris rotunditas, vel duplex meatus naris vel uxor piruli. » *rb* : « vel articulus in candelabro tabernaculi. » — *pituita* Al. — *platea* Al. — *podāger* P. — *poĕsis* P. — *polimītus* (πολύμιτος) Al. : « Petrus dixit *polimita*[5]. » 8175, f° 32 : « Non sumus bene certi, quia Greca sunt. Tamen consuevit dici quod *mitos*, id est fabula, producit *i*, ut *heremita*, sed *mitos*, id est licium, corripit; et sic *polimita* et *examitum* debet corripere penultimam, quamvis in Aurora inveniatur longa : *que polimita fuit, oscula danda patri*[6]. Quod dicimus ex licentia contigisse. » — *polīpus* 8175, f° 31 v° : « *Polipus*, quando significat morbum, producit penultimam. Sed Oratius corripit eam, dicens[7] *delectat veluti Balbinum polypus Hagne*[8]. Sive ergo ponatur pro pisce, sive pro morbo, semper corripit penultimam. » — *Pontiniācum* Yya. — *possibilis* Al. — † *potĭna* P. — † *preissĭda* Yya. — *prōfugio* Al. 544, f° 118 : « *profero, profugio* vel *profuit* inde retracto. » — *promontŏrium* 8175, f° 38 : Male posuit qui dixit *est promontorium cernere non modicum.* » —

[1] Lambert prescrit d'écrire *pellicanus* (Mabillon, *Ann. ord. S. Ben.* II, 744).

[2] Saint Augustin (*Enarrationes in Psalmos*, CI, 7-8) ne parle pas de ce détail de grammaire.

[3] Pictavus *Cod.*

[4] Pictavus *Cod.*

[5] P et Yya prescrivent *polimĭtus*.

[6] pedi *Cod.*

[7] *Sat.* I, 3, 40.

[8] igne *Cod.*

prŏpago, as Al. — *prōpero* 8175, f° 33 : « Quidam excipiunt hoc verbum *propero*, putantes quod componatur a *pro* et *paro*. Sed periti viri dicunt quod est figure simplicis et derivatur ab hoc nomine *properus, ra, rum*, vel ab hoc adverbio *propere;* et ideo secundum eos non videtur esse excipiendum. » — *prŏsa* Al. 8175, f° 24 v° : « de quo illud Egidii : *Unde tenore prose dulcia verba canis.* » — *prŏthos* (πρῶτος) Al. — *prŏvectus* 8175, f° 38 : « Contrarium predicte regule invenitur in parvo Homero[1] : *Emonias sequitur* [*minus*][2] *una nave provectus.* Ecce in hoc versu prima huius dictionis *provectus* breviatur, cum non sit de exceptuatis. Ad hoc potest dici quod usus est licentia poetica. » — *ptisānas* P. — *ptŏtos* (πλωτός) Al. — *pŭpillus* 8175, f° 25 : (Anticlaudianus) errat corripiendo primam huius nominis *pupillus;* dicit[3] *substentat regat ac pascat foveatque pupillos.* » — *pupula* Al. — *pŭteo* Yya. — *pŭtris* Al.

rāpa Al. — *recenseo, recensĭtum* Yya. — *regrădo* Yya. — *renītens, renĭtens* P. 8175, f° 46 v° : « Dubitatur quanta sit penultima huius participii *renitens.* Respondetur quod hoc participium *nitens* descendit quandoque ab hoc verbo *nitor, eris*, et tunc prima est longa. Si vero descendat ab hoc verbo *niteo, es*, tunc prima est brevis. » — *renūbo* Yya. — *rudo* Al. — *runcĭna* P. Yya.

sālebra Al. 544, f° 115 : « *Alea, caligo, balista*que *salebra* tollo. » — † *salomītes* Yya. — *Salŏmon* Al. — *sanguisŭga* P. Al. 8175, f° 33 v° : « ut multi dicunt. Sed dicimus quod producit tantum, cum a *sugo, is*, componatur, cuius prima producitur; nec invenitur in bono autore quod sit brevis penultima. » — *Saphĭra* Yya. — *saphīrus* et *saphĭrus* Al. : « *Saphirum* iunge *papiro* Appellans lapidem ; sed pro vitro breviabis. » 8175, f° 31 v° : « Quidam excipiunt *saphirum* pro vitro, media correpta. Quod nos non dicimus, quia trutannicum est. » — *sardŏnis* Al. — *scăbellum* Al. sans (autorité). — *scābidus* Al. 544, f° 115 : « Sunt quinque, sed inde retracta *Scabidus* et *tabes* et *labi straboque labes.* » — *scabo, scabĭtum* Yya. — *scatŭrio* P. 8175, f° 34 : « *Scaturio* non est meditativum; ergo non corripit[4] *u*. . . Erravit ergo Vindocinensis, cum dixit *et scaturizantes lesus abhorret aquas.* » — *scobo, sco-*

[1] *Epitome Iliados Homericæ*, 196 : « Eumelus sequitur minus una nave profectus. »

[2] *Om. Cod.*

[3] *Opera*, p. 396.

[4] producit *Cod.*

bĭtum Yya. — † *senipēta* (mot grec) Yya. — † *sēpis* Yya. — *Sērapelline* (xerampelinæ) Al. R : « id est veteres vestes. » *ra* : « veteres pelles. » 544, f° 117 : « His *serampelinas* addas et compositivas. ». — *sicomōrus* (συκόμορος) P. Yya. — † *Simăcus* Yya. — *Simon*, *Simŏnis* P. Al. Yya. 8175, f° 7. — *sincērus*, *a*, *um*, *sincĕris*, *sincĕre* P. : « Alii *sincéris*. » 8175, f° 29 : « (*Sincerus*) quidam dicunt posse corripi, si componatur a *sine* et *carie*. Nos vero dicimus quod media eius nunquam potest corripi, sive dicat *sincerus* vel *sinceris*, quia nunquam invenitur in aliquo autore nisi longa. Oratius[1] : *Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit.* Virgilius, Moretum[2] : *Subsedit sincere foraminibusque liquatur*[3]. » — *sindonis*[4] 8175, f° 32 v° : « In hoc nomine *sindonis* quandoque producitur *o*, quandoque corripitur secundum oportunitatem metri. » — *Sophŏra* Al. — *sotŭlar* Al. *sotulāris* P. — *specūlar* Yya 258 : « Tertia declinatio corripit *specular* solum[5]. Contra Lisorius[6] : *Ipsa specular habens confert cristallina secum.* » — *spĕra* 8175, f° 18 v° : « *Spera*. . . breviatur. Prudentius[7] : *Cuius ad arbitrium spera mobilis atque rotunda.* Multi tamen producunt eam, sed male; quod per eius compositum probatur, scilicet *asper*, quod componitur ab *a*, quod est sine, et *spera*. » — *stater*; *statĕris* P. — *statim* Al. *stātim* 544, f° 115 v° : « Sex tamen inde re-

[1] *Ep.* I, 11, 54.

[2] vers 42. Cf. ci dessus, p. 207, note 2. Les manuscrits portent *sincera* excepté celui de Bembo; voir l'édition d'Otto Ribbeck, *Appendix vergiliana*, pp. 31 et 139.

[3] P et Hugutio (*De dub. acc.* 48) prescrivent *sincérus*, et *sincéris*, *e*.

[4] Alexandre et P prescrivent *sindŏnis*.

[5] P prescrit aussi *spécular*.

[6] Je ne connais ce poëte que par cette citation et par celles qu'en fait l'auteur du traité *De arte lectoria* (11277, f° 53 v°) : « *Peritum*, cum a deponenti est *perior*, *periris*, unde *experior* compositum, producitur, cum a neutro *pereo*, *peris*, correptum : quod pulchre Lisorius in uno versu sic ostendit : *Non peritum si vis, tendis audire peritum.* » (f° 54) : « Lisorius : *Veste decora me decora, decoraberis ipse* . . . Lisorius in poemate : *Non tribules damnans externos sive tribules*. . . Lisorius : *Si corvos amicis, delirus nonne videris?* . . . Lisorius : *Estibus hic algens Garamantide nudus Arabas.* » (f° 54 v°) : « Lisorius : *ab* (*sic*) *ambitibus pernitar ut unda remanet.* Item : *Ipse releget nos ad prata virentia pastum.* » (f° 55) : « Lisorius in Cornicio (*sic*) : *Dirutus heu strupis* (sic) *Helene fit Pergamus omnis*. . . Lisorius in Cornu (*sic*) : *Expeditque vafer minuens sibi probra noverce.* » (f° 55 v°) : « *Risor, risoris, ristrix.* Lisorius in Cornicio : *Puelle ristricis osorem me profiteor.* » (f° 56) : « Lisorius (liso *Cod.*) in versu quodam sic ait : « *Coniux est generum nomen commune duorum.* » (f° 61) : Lisorius (liso *Cod.*) : « *Stulte, ministerio semper dederis iniquo*. . . *Ministerium*, cum est IIII sillabarum, hoc est secretum, cum V, est officium. »

[7] *Apotheosis*, 278.

tracta *Statim*, *staturus*, *vates* et mobile *latus*. — *Stephānus* 8175, f° 28 : « Quidam iuxta morem lingue eorum nunquam proferunt hanc dictionem *Stephanus* penultima correpta, sed semper penultima longa. Nec tamen debemus uti ipsius penultima longa. » — *stīgo* Al. — *stōla* Al. — *strigilis* Al. *strīgil* 8175, f° 20 : « *hec strigil* pro pectine equi non breviatur. » — *studeo*, *studĭtum* Yya. — *suffoco* Al.[1] Hugutio, *De dubio accentu* 48 v° : « *Suffoco* debet habere acutum accentum in penultima; est enim procul dubio longa... Alii dicunt quod penultima in hiis verbis *suffoco*, *prefoco* potest corripi, et tunc componitur a *focus* : quod ex auctoritate non dicunt. » 8175, f° 32 : « *Suffoco* dicunt quod habet penultimam tantummodo longam... Quare nullus nobilis eam corripit; componitur enim ex *sub* et *faux*, *faucis*, et non ex *sub* et *focus*. Ergo trutannicum est illud : *Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.* » — *sunamītes* Yya. — *synagōga* Al. — *Symeon*, *Symeŏnis* P.

† *tabētes* Yya. — † *Tabīta* (nom propre) Yya. — *tămos* ou *thămos* Al. *rc* : « est idem quod mare. Unde *ypothamos* id est equs marinus, et *mesopotomia*. » — † *taxeōta* Yya. — *tĕmĕtum* Al. — *tēna* Al. *rb* : « idem est quod cucufa. Unde Virgilius[2] : *Puniceis ibant evincti tempora tenis.* » — *Terracĭna* P. — † *tesbītes* Yya. — † *tetuītes* Yya. — *tibĭcen* Yya. 8175, f° 41 v° : « Sedulius tamen breviavit *i* in hac dictione *tibicen*, ut in illo versu[3] *tibicines plangorque frequens confuderat edes.* — † *tigōnus* Yya. — *tīnea*[4] Al. : « *Tinea* producit Petrus. » — *tipsāna* (pour *ptisana*)[5] Yya. — *tīria* (pour *stiria*) 8175, f° 21. — *tĭsana* Al. 544, f° 117 v° : « *I* super *s* longa. *Tisana*, *nisi*, vel *miser* extra. » 8175, f° 21. — *Tītus* 8175, f° 26 v° : « Prima huius nominis *Titus* semper ab autoribus corripitur. Unde vitiosum est illud Anticlaudiani[6] : *Fundit opes Titus et munera cogit abire.* » — *torcūlar* P. — *trapezēta* Yya. — † *tratŭre* P. — *tristēga* (τρίστεγα) Al. P. Hugutio, 48 v°. 8175, f° 28 v° : « Quidam corripiunt *tristega*, quia componitur a *tego* corripiente primam. Nos vero dicimus quod producit *e*, sicut *tegula*, ratione huius preteriti *texi*, quod primam naturaliter producit. »

[1] P prescrit *prefŏcat*, *suffŏcat*, Yya, *suffōco*.

[2] *Æn.* V, 269. — Les manuscrits les plus anciens de Virgile (voir l'édition de Ribbeck) portent *tænis*. Cf. Lachmann, *in Lucretium*, p. 279.

[3] *Carmen paschale*, III, 134. Le texte porte *Tibicen*.

[4] 544, f° 117 v° : « *lino* cum *tinea* breviamus. »

[5] Cf. Bacon, *Opus majus*, p. 42.

[6] *Opera*, p. 326.

ubique 8175, f° 45. — *vārix* Al. R*a* 11 v° : « est quedam vena extendens[1] se a pedibus usque ad caudam. Unde versus : *Varice curvato*[2] *claudicat omnis homo.* » — *Venceslaūs* 8175, f° 45 v° : « Dubitatur si in istis nominibus, *laus*, *laudis*, *fraus*, *fraudis*, videlicet in nominativo casu singularis numeri et in eis sibi similibus, sicut *Venceslaus*, sit dyptongus vel non. Respondeo quod in prefatis nominibus et precipue in eo nomine *laus* est dyptongus. » — *videre* P : « tam secunde coniugationis, quam tertie, apud auctores (invenitur). . . Cato[3] : *Hoc vide ne rursus levitatis crimine dampnes.* A *vido*, *vidis* tertie coniugationis[4]. »

ydŏlatra Al. — *ydolotītum* Yya. — *ydrops*, *ydrŏpis* P. — *ysagōga* Yya. — *ysopus* (*ὕσσωπος*) P. 42 : « Quidam dicunt *ysopus* mediam producentes. » P. 55 v° : « *Ysŏpus;* sed *ysópus* rectius diceretur. Macer[5] : *Pectus ysopo purgatur cerebramque sinapi.* In hiis et in quibusdam aliis usus prevalet, sed corrigendus esset. » Yya : « *Ysopus* indifferens est. » 8175, f° 32 v° : « *Ysopus* invenitur corripi et produci. . . . . Michi videtur quod debeat produci, quia Macer et alii nobiles autores ita utuntur. »

Zabŭlon Al. — *zĭma* 8175, f° 30 v° : « *Azimus*, nam a *zima*[6], corripit *i* ante *m.* » — *zodoāra* Al. R : « gallice *citonaus* dicitur. » *ra* : « species aromatica. » *zedoăria* 8175, f° 27 v°.

Syllabes finales. — A. — *ā* (nominatif féminin grec) Al. : « Productum Greci rectum quandoque notavi. » R : « Unde Statius[7] : *Et Malea dubiis vitata carinis.* » — *Andreas*, *Andreā* Al. — — *ginta* Al. : « In numeris *ginta* sunt ad placitum tibi danda. » 8175, f° 4 v° : « Numeralia . . . desinentia in *ginta*, ut *triginta*, *quadringinta*, habent ultimam indifferenter. Quidam tamen volunt quod in masculino et in feminino producant, in neutro vero tantum corripiantur. » (*ibid.*) f° 36 : « In *ginta* . . . communia sunt. . . , nisi in ablativo casu, in quo tantum producuntur. » — *postea* Al. : « *Postea* non brevia, nisi fit tibi dictio bina. »

[1] existens *Cod.*
[2] succiso R *rb.*
[3] *Disticha*, IV, distique 25.
[4] declinationis *Cod.*
[5] Ce n'est pas dans le *De vir. herb.* On y lit (f° 240 v°) : « hysopum siccum, calidum quoque, tertius illi. »
[6] Al. : « *Zima* puto longum. »
[7] *Theb.* IV, 224.

E. *valde* 8175, f° 43 v° : « Dubitatur de ultima huius dictionis *valde* quanta sit... Finalis sillaba huius dictionis... sincopata servavit longitudinem quam habebat et habet in integro *valde.* »

I. *nisi*, *quasi* Al.

O. 544, f° 119 v° : « O terminativum latine dictionis indifferenter profertur, exceptis monosillabis verbis, ut *sto*, *do*, *no*, *flo*, et dativis et ablativis secunde declinationis, que semper proferuntur, ut *manco.* » Même règle dans Paul (O 31 v°) et dans Alexandre. 8175, f° 6 : « Excipiuntur *sero*, *cito*, *modo*, quorum ultima indifferenter ponitur. Quidam etiam excipiunt *mutuo*, *sedulo*, *profecto.* » (*ibid.*) f° 36 v° : « Excipiuntur ista *sedulo*, *raro*, *modo*, *cito*, *mutuo*, *sero*, *profecto*, *vero* et *crebro*, que posita adverbialiter... communia sunt. » — *Cato* 8175, f° 46 : « Dicendum puto de hac dictione *Cato*, quanta sit illa sillaba *to*. Dico quod..... quandoque et ut plurimum invenitur brevis, quandoque vero longa. Falsum est illud quod dicunt quidam, scilicet quod cum in ceteris casibus illa sillaba *to* in hac dictione *Catonis* longa sit, deberet etiam in nominativo casu semper produci. » — *virgo* 8175, f° 46 : « Queritur quanta sit ultima huius dictionis *virgo*. Dicendum est quod ea ultima sillaba quandoque invenitur longa, et quandoque brevis. Quod sit quandoque longa habetur ex illo versu Virgilii [1] : *O virgo nova mi facies inopinave* [2] *surgit.* Quod autem sit brevis habetur ex illo versu Theodori [3] : *Virgo decora nimis David de semine regis.* »

Les noms hébreux terminés par une consonne, et qui étaient toujours accentués sur la dernière, ont la finale longue pour Paul (O 30 v°, 31). Ceux qui sont terminés par *b*, *d*, *m*, *t*, l'ont brève pour Alexandre. 8175, f° 11 : « In *h* et *z* quodlibet desinens est indifferens, ut *Loth* et *Achaz.* »

C. *lăc* Paul (O 30 v°). Al. 8175, f° 6 : « Huius dictionis *lac* exemplum non habeo. Sed Priscianus [4], ubi tractat de genitivis tertie declinationis, testatur illam sillabam esse brevem. »

L. *săl* Paul (O 31). 8175, f° 6 v° : « Nota quod quidam excipiunt a regula hoc nomen *sal;* sed errant. Nam hec dictio *sal* breviatur, teste Pris-

[1] *Æn.* VI, 104.
[2] me *Cod.*
[3] Theodolus, *Ecloga*
[4] Priscien ne dit rien de semblable ni VI, 20, ni ailleurs.

ciano [1] . . . Excipiunt aliqui *Tanaquil* et similia in *il* desinentia acuta; sed falsam tradunt doctrinam. » — — *el* (dans les noms propres) Al. : « (*sont longs*) in *el* que barbara ponis. Istorum multa tamen invenies breviata. » 8175, f° 6 v° : « Quod autem *Michael* et *Gabriel* ultimam producant sillabam testatur Priscianus in tractatu nominis in duobus locis [2]. Exemplum vero non habeo ultimarum sillabarum dictionum predictarum. Ultima enim sillaba illius dictionis *Israhel* invenitur breviari in illo versiculo qui cantatur in ultima dominica quadragesime. Liber sacrificiorum : « *Israhel, es tu regis* [3] *Davidis inclita proles.* »

N. *deĭn, ĕn, exĭn* Al. — — *on* (accusatif grec) Al. : Quartus in *on* casus solet in greco variari — — *ŏn* (nominatif) 8175, f° 7 : Dubitatur ab aliquibus an iste dictiones *Symon* et *Menon* producant vel breviant ultimam. Quod autem brevietur probatur, quia corripiunt penultimam crescentis genitivi . . . . . Quod autem finales predictorum nominum sint longe asserit Priscianus [4]. »

R. *imbēr* Al. : « *Imber* usus producit. » (8175, f° 7 v°) : « *Crater* . . . et. . . *Ymber* . . . , ut dicunt versificatores, finalem habent indifferentem. Sed non memini me invenisse ultimam illius dictionis *ymber,* nisi brevem, nec ultimam illius dictionis *crater,* nisi longam. »

S. — *as* (accusatif pluriel grec) Al. : « In greco variat pluralem tertia quartum. » — — *es* (pluriel grec) Al. : « Pluralem greci variatum sepe notavi. » — *pes* et ses composés. Alexandre donne cette finale pour brève au chapitre Ier, et ici (chapitre X), il la donne pour longue. 8175, f° 8 v° : « Composita ab hoc nomine *pes* finalem habent indifferentem, ut dicunt versificatores... Et hoc videtur confirmari auctoritate Prisciani dicentis [5] : « Quamvis composita ab eo quod est *pes* autores producant, tamen Probus inter correpta illud ponit. » Ego tamen consulo versificatoribus quod finalem eorum compositorum tantummodo producant. » — *Heros* 8175, f° 10 v° : « Potest dubitari quanta sit ultima huius dictionis *heros.* Quod ultima sit brevis videtur ex eo quod de desinentibus in *os*, quorum ultime longe sunt,

[1] Priscien ne parle pas de la quantité de *sal.*

[2] V, 11. VI, 23.

[3] rex *Cod.*

[4] VI, 25.

[5] VI, 57.

excipiuntur. . . Greca. . . Respondendum est quod ultima illius dictionis est longa, sicut asserit Priscianus [1]. »

Au reste, la quantité n'était plus alors qu'une convention qui servait à faire des hexamètres et des pentamètres ou à régler l'accentuation des polysyllabes, mais on ne la sentait plus; la cadence oratoire était fondée sur le nombre des syllabes et sur l'accent [2].

II. — MÉTRIQUE.

Toutes les innovations qui distinguent la métrique du moyen âge de celle de l'antiquité se rencontrent, dès le XIIe siècle, dans les prescriptions du camaldule Paul : dès lors on ne faisait plus que des hexamètres et des pentamètres; on interdisait l'élision; on permettait de compter comme longue la syllabe brève qui, terminant un mot, commence le troisième pied; enfin on admettait certaines combinaisons de versification inconnues à l'antiquité et qui portaient déjà les noms de *versus consonantes, leonini, caudati, catenati.* On retrouve tous ces préceptes dans le Doctrinal d'Alexandre (ch. X et XII).

§ I. - Des pieds.

On n'étudiait guère que ceux qui entraient dans l'hexamètre et dans le pentamètre. Paul :

(O 31 v°) Pedes... sunt centum XXIIII. Moderni tamen non utuntur nisi tribus pedibus, dactilo, spondeo et trocheo.

Alexandre mentionne un plus grand nombre de pieds; mais cette différence ne tient qu'à la manière de scander l'hexamètre et le pentamètre :

[1] Priscien, VI, 70, ne parle pas de la quantité de cette désinence.

[2] Voir ci-dessous, p. 480.

Distinxere pedes antiqua poemata plures.
Sex partita modis satis est divisio nobis.
Dactilus et spondeus, exinde trocheus, anapestus,
Iambus cum tribraco possunt procedere metro.

La glose *Admirantes* essaye d'expliquer pourquoi les nombres 5 et 6 dominent dans la versification :

(*rb* 12 v° *distinxere*) Pes est sillabarum et temporum certa dimensio vel comprehensio [1], id est vox constans ex litteris et sillabis et temporibus sub certo numero comprehensis. . . Quamvis quondam fuerint multi pedes et varii adinventi, omissa pedum parte maiore, sex pedes in usu nostro communiter retinemus. . . Metrum est sillabarum et temporum et pedum certa et ordinata complexio [2]. . . . . Queritur quare versus penes numerum quinarium et senarium potius quam penes alium distingatur. Nam cum versus constet ex pedibus, quorum quidam sunt dissillabi, alii trisillabi, satis videtur consonum quod versus bipes vel tripes possit esse. Solutio. Similia similibus gaudent. Unde ait Boetius : « omne autem tendit ad suum simile. » Unde cum numerus quinarius et numerus senarius sint numeri circulares, et in re circulari, in quantum tale, nichil sit reperire superfluum nichilque diminutum, cum versus hanc habeat naturam, sicut per descriptionem patuit in superioribus prenotatam [3], versus est potius secundum predictos numeros, quam secundum alios, distinguendus, cum satis aperte rei dignoscatur applaudere circulari. Circularem quidem dicimus numerum qui per se ipsum multiplicatus revertitur in se ipsum, ut quinquies quinque xx quinque, sexies sex xxxvi.

Il arriva ainsi que la considération de l'*arsis* et de la *thesis* ne fut plus d'aucun usage, puisqu'on n'avait plus différents rythmes à distinguer; jusque-là les grammairiens n'avaient jamais traité des pieds sans en parler. Ils suivaient les grammairiens latins [4] sans s'inquiéter de les concilier soit entre eux, soit avec

[1] Cf. Donat, p. 1739 P.
[2] Cf. Isidore, I, xxviii, 1.
[3] Voir ci-dessus, p. 417.
[4] Au lieu de considérer la *thesis* comme le temps fort et l'*arsis* comme le temps faible d'une mesure, les grammairiens latins

eux-mêmes. Les uns, comme K 79, traitaient de l'*arsis* et de la *thesis* d'après Servius (éd. Keil, 425, 8 et suiv.), les autres, comme saint Aldhelme et Cruindmelus (A 49), d'après Pompeius (éd. Lindemann, p. 55), les autres, comme E 42, d'après Priscien (*De Accent.* 13) et Terentianus Maurus (1431 et suiv.) D'autres ne s'expliquent pas sur le point où ces grammairiens sont divisés, à savoir la manière de compter l'*arsis* et la *thesis* dans les mots qui ont un nombre impair de syllabes[1]. Mais tous les grammairiens des IXe et Xe siècles parlent de l'*arsis* et de la *thesis* à propos des pieds. Paul le Camaldule, Alexandre et ses commentateurs n'en font plus mention. Les termes subsistèrent pourtant dans les lexiques. Ainsi on lit dans Hugutio :

Arsis, elevatio vocis, id est initium. — Thesis grece, latine dicitur vocis positio, id est finis vel depressio. — Anapestus grece dicitur repercussus... Ideo sic dicitur, quia in elevatione repercutitur a dactilo. Est enim illi contrarius.

Alexandre de Villedieu (Glossaire) :

(T 96) Arsis, elevatio; et ponitur pro elevatione vocis, que accidit pedi. — (155 v°) Thesis, positio; et ponitur pro positione vocis, que accidit pedi. Item pro positione habente disputationem in utramque partem.

Jean de Gênes reproduit les définitions d'Hugutio. On trouve ces termes employés d'après Priscien (*De Accent.* 9) dans Pierre

voyaient dans l'*arsis* la première partie d'un mot et dans la *thesis* la seconde. Cf. Weil et Benloew, *Accentuation latine*, p. 98 et suiv.

[1] Dans ces mots Servius et Pompeius attribuent la pénultième accentuée à la *thesis*, et la pénultième non accentuée à l'*arsis*, tandis que Terentianus Maurus et Priscien attribuent la pénultième accentuée à l'*arsis*, et la pénultième non accentuée à la *thesis*. Enfin, Pompeius (p. 55), au lieu de dire avec Servius que la *thesis* a une ou deux *syllabes*, dit qu'elle a un ou deux *temps*, ce qui est inintelligible.

Hélie[1] et dans la glose *Admirantes* (R 4 *accentus normas*) : « Accentus est regularis modulatio vocum in sermone prosayco secundum arsim et thesim, id est secundum elevationem et depressionem. » Au XIVe siècle on ne savait plus la valeur de ces termes (FF 187) : « arsis, id est elevatio. Nam unus pes magis elevatur quam alius. »

§ II. — De l'hexamètre.

Alexandre donne les règles connues:

Versibus exametris semper debet pede poni
Dactilus in quinto; nunquam sextum retinebit.
In pedibus primis hunc spondeumve locabis.
Omnes spondeo donare potes, nisi quintum.
Sedes nulla datur, preterquam sexta, trocheo.

(*rb* 13 v° *versibus exametris*) Sequitur questio quare dactilus approprietur quinto loco et trocheus non ponitur nisi in ultimo, cum alii sedes ita appropriatas non habeant. Ad quod dici potest quod, prout dicit Priscianus[2], prolatio aeris inspirati et expirati non est secundum eundem tenorem virtutis, quia non potest contineri aer in fine, sicut in principio, et ideo oportet quod citius emittatur. Et quoniam in fine non potest aer sicut in principio contineri, ideo pedes habentes citiorem et faciliorem prolationem fini debent appropriari. Sed hii sunt dactilus et trocheus. Igitur et cetera. Rursus quia prolatio dactili est morosior quam trochei, propterea dactilus precedit trocheum, et ita ponitur in quinto loco, et trocheus in ultimo ordinatur. Nam quamvis spondeus sit in loco ultimo aliquando, istud non est metri proprietate; sed quia spondeus est dissillabus, sicut et trocheus, ideo habet convenientiam cum eo. Propter quod, incumbente necessitate, quandoque spondeus ponitur pro trocheo.

§ III. — Du pentamètre.

On scandait le pentamètre sans tenir compte de la pause

[1] Voir ci-dessus, p. 393. — [2] *Je ne sais d'où est tirée cette citation.*

qui le partage en deux hémistiches[1], et on comptait souvent comme longue la syllabe brève qui termine le premier hémistiche.

Quarta penthametri quintave locas anapestum.
Penthametri tribraco sedes patet ultima tantum.
Iambo vel nulla vel tantum tertia detur.
Forte sibi tribracus sedem dare posset eandem.

(R 124 *quarta*) *Nil michi rescribas, at tamen ipse veni*[2]. Anapestus est in quarto loco... Alius anapestus est in quinto pede. — (Ibid. *penthametri*) *bella michi, video, bella parantur, ait*[3]..... Tribracus est in ultimo pede. — (Ibid. *iambo*) Potest assignari exemplum tam in versu exametro quam penthametro per hos duos versus : *Sub Veneris latere deberet nemo latere; Nam mala venere plurima de Venere* ... Secundum quosdam est iambus in primo, cum dicitur *re de*, in secundo cum dicitur *re plu*. Michi tamen videtur quod in utroque versu brevis sillaba per diastolen producitur, et ita spondeus et alius non erit ibi.

§ IV. — De l'élision.

Elle était sévèrement interdite.

(O 32) Sciendum vero quoniam nostri predecessores synalimpha solent uti. Sinalimpha quippe conglutinatio est sillabe; quod fit, cum precedens dictio in *m* vel in quamlibet vocalem desinit, sequens vero vocali incipit, et tunc in scansione antecedens subtrahitur, ut est illud Virgilii[4] *illum expirantem transfixo pectore flammas*. Quod a modernis vitatur, non quia non liceat, sed quoniam rustico modo prolatum videtur[5].

Alexandre interdit absolument l'élision de l'*m* (*ecthlipsis*

[1] On scandait déjà ainsi dans l'antiquité (Diomède, p. 502 P. Marius Victorinus, III, 4, 19), et même à une époque reculée, peut-être dès le temps d'Hermésianax (vers 300 av. J. C.), comme le prouve la dénomination de pentamètre, suivant la remarque très-juste de Weil, *Jahrbücher für Philologie und Pädagogik* (1865), p. 655.

[2] Ovide, *Her.* I, 2.

[3] Ovide, *Remed. am.* 2.

[4] *Æn.* I, 44.

[5] Cf. Isidore, II, 19.

Donat, p. 1772 P), et celle des voyelles (*synaliphe* Donat, p. 1772 P) :

Dictio vocali finita vel *m* sibi subdi
Versu vocalem nunquam permittit eodem.

Il renouvelle cette interdiction en traitant des figures (ch. XII) :

Elipsis necat *m*, sed vocalem synalimpha :
Tu populum, alme pater, salvasti a morte receptum.
Viles sunt iste pre cunctis et fugiende.

(R 169 *elipsis necat*) *Sinalimpha* dicitur a *sin*, quod est *cum*, et *limpha*, quia, sicut aqua cedit aque, sic vocalis cedit vocali supervenienti . . . Cum sinalimpha procedat ex immediata ordinatione vocalis cum vocali sequenti, QUERITUR quare in eadem dictione non posset provenire illa figuratio, sicut in diversis. Et si necessario proveniat in diversis, QUERITUR quare potius interimitur prima vocalis, quam sequens, sicut patet. AD HOC dicendum est quod, quando vocalis in principio dictionis ordinatur post vocalem in fine dictionis precedentis, propter distinctionem dictionis a dictione et finis a principio generatur hyatus et nimia oris apertio propter continuam vocalium generationem in diversis dictionibus, que in metro debet evitari. Sed in eadem dictione cum sillabe proferantur quasi continue et sub uno spiritu, non est tanta distantia in generatione vocalium sese sequentium in eadem dictione; et ideo non est ibi figura neque hyatus neque improprietas. AD ALIUD dicendum est quod prior vocalis debet elidi, et non secunda; quod patet per quandam regulam orthographie, que talis est[1] : omnis littera postposita plus sonat se ipsa preposita. Unde finis naturalis dictionis situs est in quo augetur sonus vocalis, et propterea illa vocalis que ordinatur in fine dictionis, cum magis augeatur in sono quam vocalis in principio dictionis posita, debet potius interimi quam secunda, quoniam ex prima magis causatur turpis sonoritas et hyatus quam ex reliqua. Et ideo magis debet interimi, quia magis causat improprietatem quam ultima. Ideo prior debet interimi, et non sequens.

[1] Priscien, I, 24.

(R 169 *elipsis necat*) (Elipsis) dicitur ab *elido*, *elidis*, quia per illam eliditur *m*, vel ab *e*, quod est *extra*, et *lipsos*, quod est *tractio*, quasi extractio huius littere *m* de metro. Consequenter DUBITATUR, cum multe sint consonantes, quare magis habemus speciem methaplasmi ex ordinatione huius littere *m* cum vocali, quam alterius consonantis. Item cum hec littera *m* possit ordinari cum vocali et cum consonante, queritur quare magis fit figura penes ordinationem huius littere *m* cum vocali quam cum consonante. AD HOC dicendum est quod ex ordinatione vocalis cum hac littera *m* magis causatur improprietas quam cum alia consonante, et ideo magis penes illam habemus figuram quam penes aliam consonantem. Quod autem maior causetur improprietas patet sic. Inter consonantes hec littera *m* generatur in maxima clausione. Quod patet per experimentum; generatur enim omnino labris clausis. Unde aer tractus in eius generatione exit per nares. Vocalis autem quelibet in apertione generatur. Unde maxima est distantia et disconvenientia inter sonum eius quod est *m*, et vocalis sequentis, quia difficile est apertionem fieri statim post maximam clausionem. Et propterea ex continua generatione vocalis post *m* potius habemus figuram quam post aliam consonantem. POSTEA DUBITATUR, si methaplasmus provenit ex huius littere *m* ordinatione cum vocali, quare magis hoc fit in diversis dictionibus quam in eadem. Et ITERUM DUBITATUR si possit fieri in eadem dictione, ut in dictione composita, ut cum dicitur *circumamicta*. ITEM QUERITUR quare magis fit elipsis ex ordinatione huius littere *m* ante vocalem quam ex ordinatione eius post vocalem. AD PRIMUM dicendum est quod, quando hec littera *m* ordinatur in fine dictionis, vocali sequente in principio dictionis sequentis, intensa est eius clausio in generatione, quia littere in diversis dictionibus habent distinctos terminos et certos generationis; sed in eadem dictione consonantes non manent in actibus suis, sed earum sonus confunditur propter continuam generationem unius post alteram. Et ideo quia eius clausio non intenditur in eadem dictione cum vocali, sicut in diversis, ideo patet ratio. Ex hoc patet responsio AD SECUNDUM, quoniam ex ordinatione eius quod est *m* cum vocali in diversis sillabis et maxime in dictione composita causatur hec figura, quia quodammodo in dictione composita est distinctio dictionis a dictione, sicut in diversis dictionibus. Non enim potest coniungi vel sillabicari cum vocali sequenti. Et ideo in talibus est eadem improprietas que in dictionibus separatis. Unde necesse est hanc litteram *m* elidi, ac si esset in metro in diversis dictionibus. Nulla

enim sillaba media, ut ait Priscianus [1] in secundo Maioris, desinit in consonantem, nisi sillaba sequens incipiat a consonante. Sed nota quod, licet *m* removeatur, adhuc remanet [2] insonoritas ex hyatu vocalium, [sed latet [3]], quia facilior est transitus a generatione vocalis ad vocalem, quam a generatione huius littere *m* ad eandem. Ideo causa evitandi maiorem improprietatem et insonoritatem, incidimus in minorem. Tamen scribi debet *m* causa compositionis cognoscende, et non pronunciari. Ex hiis premissis patet solutio AD ULTIMUM quia naturalis est transitus et facilior motus instrumentorum ab apertione in clausionem, quam e converso, quia clausio fit per depressionem instrumentorum, que gravia sunt et ita naturaliter tendunt ad clausionem; apertio vero non fit nisi per violentum motum instrumentorum, quia per elevationem. Et ideo quia difficilior est transitus a generatione huius littere *m*, que fit in clausione, ad generationem vocalium, que fit in apertione, quam e converso, ideo ex ordinatione huius littere *m* post vocalem nulla causatur improprietas, et ideo nec figura, sed potius e converso.

(R 169) Hiis ita se habentibus, queritur que sit improprietas in hiis duabus figuris et que causa excusandi. Ad quod dicendum quod improprietas in hiis duplex patet; una per interemptionem, quoniam in sinalimpha interimitur vocalis, ut *ille ego* [4], in elipsi, *m*, ut *magnanimum Eacidem*. Et sic ex illa interemptione litterarum resultat improprietas, scilicet ex hoc quod dictio vel vox significativa sit quasi non significativa, et hoc quantum ad scansionem versus. Potest autem alia improprietas assignari vel notari sine interemptione, scilicet hyatus in sinalimpha, collisio in elipsi. Causa vero quare potest fieri, est similitudo dictionis habentis *m* vel vocalem in fine secundum vocem ad eandem, secundum quod eliditur *m* vel vocalis, et potestas sive aptitudo littere, que possit ordinari in fine dictionis sicut in principio. Causa quare oportet fieri est metrum in scandiendo, sive ornatus in sono, ut fiat euphonia et vitetur cacophaton et insonoritas, sicut patet intuenti.

(R 169 *viles sunt*) Actor dicit quod, cum in omnibus speciebus methaplasmi sit vicium et improprietas, tamen in istis ultimis maiorem innuit

[1] II, 2.
[2] latet *rb*.
[3] *Omm. Codd.*
[4] Virgile, *Æn*. I, 1.

improprietatem, quoniam quodammodo perturbant proprietatem metri; quod patet, quia in illis est soni turpitudo.

§ V. — De la césure.

Au XIIe siècle, Paul autorise à employer comme longue la brève qui, terminant un mot, commence le troisième pied :

(O 32) Ultimam quoque dictionis brevem in principio tertii pedis licentia ponimus longam, ut est illud *quid sit natura res est cognoscere dura.* Poete in secundo et in quarto id faciunt : in secundo, ut Lucanus [1] *dum sanguis inerat, dum vis* [2] *materna, peregi;* in quarto, ut est illud Prudentii [3] *et domus et domini paribus adolevimus annis.*

On trouve dans le manuscrit 3237, f° 124 v°, le fragment suivant sur les césures écrit à la fin du XIIe siècle ou au commencement du XIIIe, à la suite d'un fragment de glose sur Porphyre qui est du XIIe siècle :

Videndum est quid sit cesura et quot sint species eius. Cesura est quando aliqua dictio ita dividitur, quod ultima sillaba dictionis perficientis antecedentem pedem incipit sequentem. Cesure sex sunt species, pentimemeris, eptimemeris, antepentimemeris [4], posteptimemeris [5], catatrite trocaica, tetras bucolica. Pentimemeris est quando ultima sillaba dictionis perficientis secundum pedem incipit tertium; et ibi sillaba naturaliter correpta potest produci, ut apparet in hoc exemplo *qui petit excelsa debet vitare ruinam.* Dicitur autem *pentimemeris* a *penta*, quod est v, et *memeris*, quod est divisio, quasi divisio quinte sillabe. Dicitur autem divisio quinte sillabe respectu duorum spondeorum [6] precedentium; quamvis enim precedat dactilus, debet haberi pro spondeo [7]. Eptimemeris [8] est quando ultima sillaba [dictionis] [9] perficientis tertium pedem incipit quartum; et ibi similiter potest produci

[1] II, 338.
[2] vix *Cod.*
[3] *Psychomachia*, 223.
[4] antipentimemeris *Cod. et de même plus bas.*
[5] postenptipentimemeris *Cod.*
[6] pondeorum *Cod.*
[7] pondeo *Cod.*
[8] entimemeris *Cod. et de même dans tout ce qui suit.*
[9] *Om. Cod.*

sillaba naturaliter brevis ratione cesure, ut in hoc exemplo[1] *sub Jove mundus erat, subiit argentea proles.* Et dicitur *eptimemeris* ab *epta*[2] quod est VII, et *memeris*, quod est divisio, quasi divisio septime sillabe. Antepentimemeris est in secundo pede, ut in hoc exemplo *dum sanguis inerat*[3]. Posteptimemeris est que fit in quinto pede, ut in hoc exemplo *pax que longa remiserat, arma bona reparabat.*

(N. D. 188[4], f° 163 v°) Cathatrite trocaica ... est in tercio pede. Sed per eam non producitur naturaliter correpta, sed sillabarum secundum diversas dictiones tantum attenditur distinctio vel divisio, ut hic *mors ecce non tardat et omni labitur hora*... Tetras bucolica[5]..., quemadmodum nec trocaica[6], facit productam de naturaliter correpta..... Sed..... per hanc cesuram fit... distinctio secundum diversas dictiones.

(*Ibid.*)[7] Ut... dividamus priorem sillabam de tercio pede a posteriori de eodem, et ita demonstremus eam esse de priori dictione, posteriorem vero de subsequenti, idcirco immoramur aliquantum in proferendo ipsam priorem, et mora illa ipsius productio est, id est ipsius a posteriori procul ductio.

Alexandre appelle *césure* l'allongement de la syllabe brève qui termine un mot et commence un pied. En conséquence, il rapporte les césures au métaplasme que Donat appelle *ectasis*[8] :

Extasis esse solet, si producas breviandam.
Bis binas species habet extasis, hasque vocamus
Cesuras. Faciet pentimemerim tibi terni

[1] Ovide, *Metam.* I, 114.

[2] ab epta — a penta *Cod.*

[3] Lucain, II, 338.

[4] Ce manuscrit est du XIVe siècle (voir aux *Additions*); mais il contient des préceptes sur les césures qui doivent avoir été puisés à la même source que le fragment qui précède; car les exemples sont les mêmes; et il peut ainsi servir à le compléter. La césure y est ainsi définie (N. D. 188, f° 163) : « Cesura..... est duarum sillabarum unum pedem efficientium secundum diversas dictiones distinctio. »

[5] tetrardebucolica *Cod.*

[6] tercia *Cod.*

[7] Cette explication de l'allongement de la brève au troisième pied est donnée à peu près dans les mêmes termes pour les autres.

[8] Donat (p. 1772 P) ne parle pas de l'allongement de la syllabe brève à la césure, et ce n'est pas non plus là ce que les grammairiens anciens appelaient césure.

Sillaba prima pedis; ibi producis breviandam.
Semi vel *ante* preit[1], produceturque secundi
Prima pedis, ut in hoc poteris cognoscere versu[2].
Quarti prima pedis eptimemerim tibi format
Producendo brevem. Versus hoc denotat iste.
Posteptimemerim dat quinti sillaba prima;
Curtam produces, sicut versus habet iste.

(R 168 *extasis*) Dicitur extasis ab *extendo*, *dis*, et interpretatur extensio, vel ab *extra* et *status*, *tus*, *tui*, quasi extra statum... Causa quare potest fieri est similitudo temporis producti ad correptum. Pars enim integralis per totum habetur, et etiam per partem principalem quodammodo habetur totum. Et ita est quod tempus correptum est pars principalis producti temporis, et ideo unum pro alio potest poni. Et ita sillaba correpta produci potest, et e converso. Causa quare oportuit, utrobique est metrum. Vel forte in quibusdam sententia est in causa, ut ibi *non eodem cursu*[3] et cetera; voluit enim significare terrena transitoria et labiliora esse, et hoc significat per tempus correptum, quod minus durat, quam productum.

(R 168 *bis binas*) Cesura est innaturalis extensio, que fit in principio pedis et in fine dictionis. Unde quatuor regule sunt, quarum prima est quod nunquam fit cesura in primo pede versus; altera est quod in ultimo pede versus non fit cesura; tertia est quod semper fit in fine dictionis; quarta est quod semper in principio pedis. Unde quatuor sunt cesure tantum... Queritur quare cesura non fit in primo neque in ultimo pede, et quare in fine dictionis, et non in principio, et in principio pedis, et non e converso. Solutio. In cesura necesse est aliquid dividi ab aliquo antecedente et uniri cum consequente. Finis autem pedis vel medium non dividitur ab antecedente, quia sic esset pes decisus, et sic metrum non posset stare, sed magis unitur cum antecedente; et hoc est, quia finis pedis cum principio constituit pedem. Propter hoc non fit cesura in medio pedis vel in fine. Unde cum non sit alia pars pedis nisi prima vel media vel finis, necesse est, ex quo non potest fieri cesura in fine vel medio pedis, quod fiat in principio.

[1] *Ra* 81 : « Secunda dicitur semipentimemeris vel antepentimemeris et fit in prima sillaba secundi pedis. »

[2] Il donne à la fois la définition et l'exemple.

[3] Caton, *Disticha*, I, 18.

Similiter ex hoc patere potest quod debet fieri in fine dictionis, quoniam in cesura debet aliquid uniri cum consequente et dividi ab antecedente. Principium autem vel medium ipsius dictionis naturaliter unitur cum fine dictionis; et quia uniuntur naturaliter, ideo non indigemus cesura ad uniendum ea. Finis autem dictionis, licet naturaliter iungatur cum antecedente, non tamen unitur cum consequente nisi per cesuram. Et ideo fit cesura in fine dictionis, et non in principio vel in medio.

L'hiatus était considéré comme une espèce de césure :

Altera cesure species, si subiciatur
M vel vocali vox cuius littera prima
Vocalis, nec in hiis ideo collisio fiet :
O utinam populum hunc salvet gratia Christi.

(R 168 *altera cesure*) Quando igitur vocalis sequitur vocalem in diversis dictionibus, dicitur ibi esse boothesis a boatu et hyatu..... Quando vero vocalem sequitur *m* nec fit collisio, dicitur moothesis ab *m*, ut in Theodulo : *Nec cuiquam hominum* et cetera. In hiis autem improprietas est aperta..... Causa vero quare potest fieri, est divisio sillabe a sillaba et dictionis a dictione, qua mediante cacenphaton quodammodo tollitur. Causa quare oportet fieri, est metrum.

Alexandre interdit l'emploi du métaplasme, excepté l'allongement de la brève qui termine un mot et commence le troisième pied; pour la syncope on se conformera à l'usage des anciens

A te vitari debent species methaplasmi.
Sed pentimemeri solummodo nos decet uti.
Sincopa cum fiet, patrum vestigia serves.

(R 170 *a te vitari*) Vicia et improprietates in sermone poetico non sunt extendende, sed cum ratione sunt excusande. Pentimemeri vero solum inter cesuras possumus uti, quia hec facit divisionem in tertio pede, ubi locus in versu est quasi medius. Unde causa respirandi in medio versu libentius utimur illa, quam alia... Sincopa utimur non omni modo, sed

sicut usi sunt antiqui; et hoc, quia incidit improprietas minor subtrahendo in medio, quam in principio et in fine. Per principium enim cognoscimus significatum, per finem consignificatum. Unde si fieret subtractio de principio et fine dictionis, videretur alterum eorum deperire. Sed subtractione facta a medio, per principium et finem comprehendimus tam significatum, quam consignificatum. Unde syncopa potius utimur, quam alia, secundum usum antiquorum.

§ VI. — Des vers à consonnances.

Ces combinaisons harmoniques, étrangères à la métrique de l'antiquité, sont nommées et définies ainsi par Paul :

(O 32 v°) Consonantes dicuntur qui in principio tertii pedis et in fine ultimi aliquam consonantiam tenent, ut est illud :

Ethiopum terras iam fervida torruit estas [1].

. . . Leonini dicuntur ad similitudinem leonis, qui totam fortitudinem et pulcritudinem specialiter in pectore et in cauda videtur habere. Similiter isti in secundo vel tertio et in ultimo pede propter duarum vocalium armoniam in pectore et in cauda, id est in medio et in fine versus suam pulchritudinem notantur demonstrare, ut est :

Filius iste Dei, quem cernitis, o Galilei,
Sic est venturus mundo finem positurus.

. . . Caudati, videlicet in cauda similes, ut est :

Quem peperit virgo, Deus in presepe locatur.
Auro, mirra, thure magus puerum veneratur.

. . . Catenati qui ad similitudinem catene sic iuncti sunt, ut principium unius finis sit alterius, ut est :

Non homo factus homo restaurat perdita pomo.
Sic Deus est et homo non homo factus homo.

[1] Theodulus, *Ecloga*, 1.

Alexandre range ces différentes espèces de mètres sous la figure qu'il appelle *omothelenton*[1] (homœoteleuton) :

Cum plures voces sub fine tenentur eadem,
Omothelenton erit. Huic consona carmina subdis,
Atque leonina simul et caudaria iungis.

VERSIFICATION RHYTHMIQUE.

On trouve les règles suivantes dans un traité du XIIIe siècle[2] :

(AA 8) De rithmis[3] tractaturi, primo videndum est quid sit rithmus, et ex quot sillabis distinctio constare debeat, et ex quot distinctionibus clausula, et ubi debeat conservari consonantia. Rithmus est paritas sillabarum consonans. Distinctio debet constare ex quatuor sillabis ad minus, ut in hoc exemplo :

O Maria,
Virgo pia,
Stella maris
Nominaris;

et ex XVI[4] ad plus, ut in hoc exemplo :

Rex advenit iam celorum : ergo fratres gaudeamus,
Unctionem vi deorum cum cessasse videamus.

Clausula debet constare ex duabus distinctionibus ad minus et ex quinque ad plus : ex duabus ad minus, ut in hoc exemplo *rex advenit iam celorum ergo* et cetera; et ex quinque ad plus, ut in hoc exemplo :

Dives eram et dilectus,
Inter pares preelectus.

[1] Ce mot est toujours écrit par une *n* et non par un *u*. Voir ci-dessous, p. 465.

[2] La première partie de ce morceau, jusqu'à *caudatorum rithmorum alii sunt continentes* exclusivement, a été imprimée dans le recueil de MM. Wright et Halliwell, *Reliquiæ antiquæ*, I, 30-32, d'après un manuscrit du XIVe siècle (Biblioth. Cotton. Cleopatra B VI, f° 241 v°). Le texte de AA est, en général, plus correct et offre d'autres exemples.

[3] rithimis *Cod. et de même partout excepté dans le vers cité plus bas, où il y a* rithmicum.

[4] 8 (dans le manuscrit anglais).

Modo gravat me senectus,
Et etate sum confectus;
A deiectis sum deiectus.

Sequitur de consonantia. Si penultima sillaba dictionis posita in fine distinctionis proferatur acuto accentu, debet servari consonantia a vocali usque in fine, ut in hoc exemplo :

Veneretur Delia, castitatis diva.
Comitantur Veneri gaudia furtiva.
Nam salutis anime hec est tolativa.
Illa super omnia nobis est nociva.

Si vero proferatur gravi accentu, debet servari consonantia a vocali antepenultime sillabe usque ad finem, ut in hoc exemplo :

Luctu fessus, confectus senio,
Genu [1] tremens labante [2] venio.
Quam sinistro sim natus genio
Nullo potest capi ingenio.

Licet tamen variare consonantem, ut *graviter* et *pariter*.

Rithmus dividitur. Rithmorum alius monotongus, alius diptongus et alius triptongus. Monotongus est ille quando in tota clausula non est nisi una consonantia, ut in hoc exemplo *dives eram et dilectus* et cetera. Diptongus fit tribus modis. Primo modo, quando due distinctiones concordant simul et due simul, ut in predicto exemplo *o Maria* et cetera. Secundus modus fit, quando medium unius distinctionis concordat cum medio alterius distinctionis, et finis cum fine, ut in predicto exemplo *rex advenit iam celorum* et cetera. Tertius modus est quando plures distinctiones concordant simul et additur cauda, ut in hoc exemplo :

Verbum audis novitatis :
Credas illum, et est satis.
Non est nostre facultatis
Solvere corrigiam.

Et est sciendum quod cauda debet constare ex septem sillabis ad plus et ex

[1] gemit *Cod.* — [2] labente *Cod.*

tribus ad minus : ex septem ad plus, ut in predicto exemplo *solvere corrigiam;* ex tribus ad minus, ut in hoc exemplo :

Vidi sub altare
Animas cantare
Plorantes.

Triptongus fit tribus modis. Primo modo fit, quando due distinctiones concordant simul et additur cauda, ut in hoc exemplo :

Cunctis pulcrior puella,
Clara fulgens velut stella
Sua clara de persona
Michi dedit pulcra dona :
Unde multum gaudeo.

Secundus modus fit, quando medium unius distinctionis concordat cum medio alterius distinctionis, et finis cum fine, et additur cauda, ut in hoc exemplo :

Quam dictamen sit decorum cuncti rithmicum videmus
Ut concedat[1] rex celorum nobis illum fatigemus
Ergo toto pectore.

Tertius modus fit, quando due distinctiones in tribus locis concordant simul, ut in hoc exemplo :

Serpens dirus tristabatur, quoniam caruerat.
Sparsit virus, quo fedatur[2] homo, qui splenduerat.

Caudatorum rithmorum alii sunt consoni, alii dissoni. Consoni sunt, quando due caude consonant in fine, ut in predicto exemplo :

Cunctis pulcrior puella
. . . . . .
Unde multum gaudeo.
Vilis eram, nunc sum fortis.
Iam contempno minas mortis.
Velut leo, corde tuto,
Ire quidem sine scuto
Iam in hostes audeo.

[1] concedant *Cod.* — [2] fedat *Cod.*

Dissoni sunt, quando caude dissonant, ut in hoc exemplo :

Aaron[1] virga, que tulit duram
Cum flore nucem contra naturam,
Est porta celi
Aperta nunquam, sed semper clausa.
Nostre salutis extitit causa
Virgo Maria.

Caudatorum rithmorum alii sunt continentes, alii non. Continentes sunt, quando distinctiones sequentis clausule concordant cum cauda precedentis, ut in hoc exemplo :

Vale, grate flos, decorum
Gemma, decus laycorum :
Cetum vincis nam proborum
Disserendo.
Cunctos vincis opponendo,
Cunctis prees in solvendo,
Et de te nulla perpendo,
Nisi bona.

Item rithmorum alii sunt transformati, alii equicomi, alii orbiculati, et alii serpentini. Transformati sunt, quando sequens distinctio transformatur, ut in hoc exemplo :

Ihesu Christe, miserere;
Fac me digne penitere.
Penitere fac me digne,
Ne eterno tangar igne.
Igne tangar ne eterno,
Regno frui da superno.

Equicomi sunt, quando prima et secunda distinctio precedentis clausule concordant cum prima[2] et secunda[3] sequentis clausule :

Christe, rex et pastor bone,
Cum me tolles ab agone,
Voluntate cum paterna
Michi regna da superna.

[1] Aron *Cod.*
[2] tertia *Cod.*
[3] quarta *Cod.*

Inquit[1] rex : si cum dracone
Pugnes firma ratione,
Regna dabo sempiterna[2].
Sic non ibis ad inferna.

Orbiculati sunt, quando prima et quarta distinctio concordant simul, et secunda et tertia simul, ut in hoc exemplo :

Christe, rex et pastor bone,
Voluntate cum paterna
Michi regna da superna,
Cum[3] me tolles ab agone.

Et nota quod in hoc genere rithmorum potest esse disparitas sillabarum, ita quod prima distinctio sit similis quarte, et secunda tertie, ut in hoc exemplo :

Gaudeas, gentilitas[4],
Advenisse salvatorem,
Seculi renovatorem[5],
Quod adest humilitas.

Serpentini sunt, quando tertia et quarta distinctio precedentis clausule concordant cum tertia et quarta sequentis, ut in hoc exemplo :

Regi[6] nato gratulemur.
Ipsum pie veneremur.
Nam eius veneratio
Nobis est consolatio.
Serpens dirus nos peremit[7].
Christus pius nos redemit,
Cuius humiliatio
Nobis est exaltatio[8].

[1] imquid *Cod.*
[2] semper eterna *Cod.*
[3] cum . . . agone *ante* voluntate *Cod.*
[4] gentilica *Cod.*
[5] renovarem *Cod.*
[6] regni *Cod.*
[7] nos peremit — non emit *Cod.*
[8] exultatio *Cod.*

CHAPITRE VII.

DE VICIIS ET FIGURIS.

§ I. — Division des figures.

La partie de la grammaire qui *défend* et qui *permet* reposait sur le troisième livre de l'*Ars grammatica* de Donat et sur les chapitres XXXI-XXXVI du premier livre des *Origines* d'Isidore, où il est traité successivement du barbarisme, du solécisme, des défauts que l'on comptait avec le barbarisme et le solécisme, et que les grammairiens du XIIIe siècle appellent *vicia annexa*, tels que *acyrologia, cacenphaton, pleonasmos*, etc., du métaplasme, des figures de mots (*schemata lexeos, figuræ verborum*), des tropes. On avait réduit cette division en système en s'appuyant sur la remarque de Donat (p. 1767 P, 1770 P) que ce qui s'appelle barbarisme en prose est un métaplasme en vers et que ce qui est solécisme en prose est *schema* en vers :

(R 162 *pluribus est membris*) Queritur quare sunt tot genera viciorum et quare tot genera figurarum et non plura. Ad hoc dicendum est quod ista tria genera viciorum et figurarum sumuntur penes ea que ponuntur in diffinitione orationis, in qua tria tanguntur, scilicet materia, forma et finis. Quod patet. Nam oratio est congrua dictionum ordinatio congruam perfectamque sententiam demonstrans[1]. Per hoc quod dicit *dictionum*, tangit materiam orationis. Per hoc quod dicit *ordinatio*, tangitur forma. Per hoc quod dicit *perfectamque sententiam* tangitur finis, qui est sententiam perfectam demonstrare. Ab hiis tribus positis in diffinitione orationis contingit aliquotiens deviare. Si igitur fiat deviatio talis, aut fiet a materia orationis, aut a forma, aut a fine. Si a materia, hoc potest esse dupliciter. Vel fiet de-

[1] Cf. Priscien, II, 15.

viatio sine causa excusante, vel cum causa excusante. Si primo modo, sic est barbarismus; si secundo modo, est remedium contra barbarismum, quod est methaplasmus. Si fiat deviatio a forma, hoc potest esse dupliciter, ut prius; si sine causa excusante, sic est soloecismus; si cum causa, sic est eius remedium quod est scema. Si autem fiat deviatio a fine, eodem modo, si sine causa excusante, sic est vicium annexum; si cum causa, sic est eius remedium quod est tropus.

§ II. — Utilité des figures.

Voici comment on comprenait l'utilité de cette partie de la grammaire :

(R 161 *pluribus est membris*) Causa finalis potest dupliciter assignari. Uno modo est causa finalis, ut locutionis vicia sciamus fugere et figurativas locutiones causis decentibus excusare. Secus et melius potest dici. Causa finalis est bipertita secundum vicia et figuras. *Secundum vicia* dico, quia, ut dicit Philosophus[1], non evitatur malum, nisi prius cognitum, et ideo in hoc opere vicia prius ostenduntur, ut ostensa et cognita evitentur. Causa finalis, quantum ad figurativas locutiones, est ut sapientibus et provectis sapientes et provecti, figurativis locutionibus mediantibus, suos exprimant affectus et intellectus per plenarias sententias et profundas. Nam peritus gramaticus sibi duplex preparat instrumentum, unum, quo utitur ad plures, ut est sermo simpliciter congruus, et aliud, quo utitur ad sapientes, ut est sermo figurativus.

§ III. — Du mot *figura*.

La dénomination de *figura*, qui ne convient proprement qu'à ce que Donat appelle *schema*, était étendue aux métaplasmes et aux tropes qui étaient compris avec le *schema* sous le nom de *grammatice figure*. Alexandre dit dans le préambule de son Doctrinal :

Tandem gramaticas pro posse docebo figuras;

[1] Ce terme désigne Aristote. Je ne sais d'où le mot est tiré.

et au chapitre XIIe, où il traite des défauts et des figures :

Pluribus est membris distincta figura loquele.
Hec sunt scema, tropus, methaplasmus.....

On définissait ainsi le terme de figure (R 4 *tandem gramaticas*) : « Figura..... est vicium ratione excusatum. » Les termes *gramatice, loquele,* opposent cette acception du mot *figura,* non pas aux figures de rhétorique qu'on appelait *colores rhetorici,* mais aux autres acceptions du mot *figura :*

(R 162 *pluribus est membris*) Dicit *figura loquele* addens hunc genitivum *loquele* ad differentiam aliarum figurarum, de quibus non intendit agere in hac parte. Et quod figura teneatur equivoce patet hiis versibus : *Accidit, est Christus, signat, disponit, aratur. Gramatice vicium sepe figura notat.*

On expliquait ainsi la métaphore :

(R 166 *addendo sepe*) Omnes dictiones se transferentes secundum aliquam similitudinem se transferunt. Sed figura in rerum natura translata est ad figuram in gramatica. Queritur igitur qua similitudine hec translatio facta fuerit. Ad hoc dicunt quidam quod figura dicitur in gramatica ad similitudinem figure in naturalibus sive artificialibus, quia, sicut figura, sive sit naturalis sive sit artificialis, celat turpitudinem materie, sic excusantes rationes huiusmodi mutationis sunt quasi quidam decor et velamen improprietatis sive vicii dictionis. Item dicitur quod figura sumitur hic ad similitudinem figure semicircularis super dyametralem lineam vel rectam determinate disposite tali modo, quoniam, sicut in tali figura est aliquid rectum, sicut est dyametralis linea, et illud est quasi intrinsecus, et aliquid est ibi oblicum, sicut est circonferentia cum semicirculo, et illud est quasi extrinsecus, sic est in omni sermone figurativo aliquid rectum, et hoc est intrinsecus respiciendo ad intellectum, et aliud oblicum, et hoc est extrinsecus respiciendo ad vocem vel ad primum contextum dictionum vel ad primam significationem. Omnis namque sermo figurativus quasi medio modo se habet inter simpliciter rectum et simpliciter viciosum. Item specialius michi videtur quod figura dicitur in gramatica per divisionem spe-

ciei et forme. Nam species et forma magis dicuntur esse completiva uniuscuiusque, quam figura. Et quoniam in figurativis locutionibus est aliquis decor seu aliqua formositas, et in locutionibus simpliciter congruis est completa formositas, propterea simpliciter congrue dicuntur formose, cum forma importet maiorem completionem quam figura, et locutiones secundum quid congrue dicuntur non immerito figurative. Nam similes sunt congruis, in quantum huiusmodi. Sed simpliciter incongrue. . . dicuntur esse informes. Ad huius sententie confirmationem concordat actor Grecismi [1] dicens sic : « viventis formam, ficti dic esse figuram. »

§ IV. — *Vicia annexa.*

Outre le *methaplasmus*, le *scema* et le *tropus*, on comptait aussi parmi les figures les défauts qu'on appelait *vicia annexa*, et Alexandre les range en effet parmi les figures :

Sunt plures alie scripto vel voce figure.
Hinc sunt exempla [2] pleonasmos, acyrologia,
Et cacosintheton, et eclipsis, tantologia [3],
Amphibologia, tapinosis, macrologia
perisologia, cacenphaton, alleotheta.
Sed nequit hiis soloe [4] vel barbaris associari.
Sunt etenim vicia nulla ratione redempta.

(R 162 *sunt etenim*) Id est barbarismus et soloecismus sunt semper nomina viciorum, et nunquam figurarum.

(R 163 *improprie posita*) Vicia annexa possunt considerari dupliciter, vel in

[1] ch. XI.

[2] L'orthographe des noms tirés du grec est très-arbitraire dans les manuscrits, particulièrement en ce qui touche l'emploi du *t* et du *th*, de l'*i* et de l'*y*. J'ai considéré comme normale l'orthographe des manuscrits qui est la plus voisine de l'orthographe correcte ou qui est conforme soit à l'étymologie adoptée au moyen âge, soit à un usage qui semble général. Ainsi, quand on donnait à *dya* le sens de *deux*, il faut l'écrire par un *y*; quand on lui donne le sens de *de*, il faut l'écrire par un *i*. On écrit presque toujours, par un *th*, *thesis* et *metha*.

[3] Ce mot est toujours écrit par une *n* et non par un *u*.

[4] Cette apocope et la mesure du vers montrent qu'on prononçait *soloëcismus*. Et en effet, le mot est toujours écrit par *oe*.

quantum sunt sine necessitate et causa excusante, et sic sunt nomina viciorum, aut in quantum sunt cum necessitate et causa excusante, et sic sunt nomina figurarum. Quod ita sit probatissime confirmatur. Nam quod sint aliquando vicia, per Donatum patet, qui ea vicia nuncupavit, ubi dicit[1] *cum barbarismo et soloecismo* et cetera. Quod sint figure quandoque sive nomina figurarum patet per actorem istum, qui eas superius figuras appellavit. . . Item patet per communem usum. Nam legentes communiter in actoribus et in quacunque facultate invenientes talem deffectum, ut ibi *hac Aretusa tenus*[2], dicunt ibi esse figuram eclipsis, invenientes talem locutionem *sic ore locuta est*[3], dicunt ibi esse figuram pleonasmos, et sic de aliis viciis annexis.

On n'avait pas réuni ces *vicia annexa* sous une définition commune :

(R 163 *improprie posita*) Vicia annexa describi vel diffiniri proprie non debent, quia omne diffinibile debet esse unius nature communis. Sed vicia annexa non sunt huiusmodi. Quod patet, quia viciorum annexorum quedam sunt annexa barbarismo, quedam soloecismo. Ea namque que participant naturam barbarismi, sicut cacenphaton, dicuntur annexa esse barbarismo. Ea vero que participant naturam soloecismi, sicut eclipsis et cacosintheton, dicuntur annexa soloecismo.

On était pourtant entraîné par la symétrie à opposer le *tropus* comme *remedium* aux *vicia annexa* :

(R 163 *improprie posita*) Si dicatur quod tropus est remedium, contra. Tropus est figura et remedium translationis. Sed sicut se habet figura constructionis ad vicium constructionis, sic se debet habere figura translationis ad vicium translationis. Sed figura constructionis sic se habet ad vicium constructionis, quod illud solum dicitur redimere. Ergo figura translationis solum debet redimere vicium translationis. Sed fere omnia vicia annexa, ut eclipsis et cacosintheton et alia similia, sunt sine translatione. Ergo tropus, qui est figura translationis, non redimit illa. Ad hoc dici

[1] p. 1770 P.
[2] Ovide, *Met.* V, 642.
[3] Virgile, *Æn.* I, 614, dans Priscien XVII, 4.

potest quod, cum dicitur *tropus est dictio translata* et cetera, translatio ibi sumitur communiter ad quamlibet impropriam immutationem dictionum que non communicant congruitatem in constructione vocum. Sed talis translatio fit in omnibus viciis annexis sententiam perturbantibus sive contra ipsam peccantibus. Et ita tam acyrologia, quam alia vicia annexa, considerata cum causis excusantibus, tropicam naturam ibi induunt. Quod patet, quia, si dicam *sic ore locuta est*, transmutatur hec dictio *locuta* aliquo modo improprie, cum apponitur hec vox *ore* sub hoc sensu *est ore locuta*, id est locutionem ore emisit. Similiter potest assignari in aliis. Nec est mirum, si sic ad naturam tropicam valeant reduci hec vicia, cum et ipsa themesis, que parum videtur habere de translatione, reducatur[1] ad tropum; et quod alie tropicis figuris adiungantur patet intuenti librum istum et Barbarismum Donati et librum Ysidori. Alii tamen dicunt quod quedam vicia annexa, sicut illa que peccant contra vocem, principaliter redimuntur a methaplasmo, et que peccant contra ordinationem per deffectum vel per superhabundantiam a scemate redimuntur; sed que peccant per translationem, sicut acirologia et tapinosis, a figuris tropicis excusantur.

Alexandre et la glose *Admirantes* traitent des *vicia annexa* d'après Donat et Isidore. Alexandre ajoute à la fin ce qu'on appelait *alleotheta*, figure dont Donat ne parle pas, mais dont on empruntait le nom et la définition à Priscien :

Confundit numeros, casus, genus alleotheta.

§ V. — Du métaplasme.

On empruntait à Donat la définition du métaplasme en y ajoutant le mot *necessitatis*, qui se trouve d'ailleurs déjà dans des manuscrits du IXe et du Xe siècle :

(R 167 *addendo sepe*) Donatus in Barbarismo dicit ita[2] : « methaplasmus est transformatio quedam recti solitique sermonis in alteram speciem metri ornatus necessitatisve causa. »

[1] reducitur *Cod.* reducatur ad tropum *omm. rb, rc.*

[2] p. 1771 P.

Voici ce qu'on entendait par *necessitas :*

(R 167 *addendo sepe*) Dicitur... necessitas proprie secundum quod excusat improprietatem provenientem et incidentem a parte eius quod intelligitur per vocem. Sic est necessitas bene significandi, et sic sumitur hic, et dicitur per oppositum contra metrum et ornatum.

Alexandre énumère les mêmes espèces de métaplasmes que Donat : « Prothesis, epenthesis, paragoge, auferesis[1], sincopa, apocopa, sistola, extasis[2], dyeresis, syneresis, episinalimpha, elipsis, sinalimpha, sincresis, antithesis, methatesis. » Il les définit comme Donat; mais il rapporte à l'*extasis* les différentes espèces de césure, telles qu'on les comprenait alors[3].

§ VI. — Du *scema.*

On croyait que le mot grec qu'on écrivait *scema* signifiait *ornatus.* On lit dans le Grécisme (ch. II) :

Dicitur ornatus verborum scema, quod aufert
Tedia sub variis formans decus eloquiumque.

Et il est dit dans la glose du Grécisme :

(Q 11 v°) Scema lexeos pertinet ad gramaticam et dicitur a *scema,* quod est ornatus, et *logos,* sermo, quasi ornatus sermonis.

On pouvait ainsi regarder le *scema* comme une espèce de figure sans tomber dans une tautologie. On se demandait pourquoi Donat n'a pas défini le *scema lexeos :*

(R 170 *dat species tibi*) Illud quod est diffinitum oportet quod habeat unicam causam. Sed tale non est scema, quia scema non est ex toto uni-

[1] (R 167) : « Dicitur ab auferendo, vel ab *ab* et *foros,* quod est ferre, quasi ablatio. »

[2] On dérivait ce mot d'*extendo;* voir ci-dessus, p. 450.

[3] Voir ci-dessus, p. 449.

cum, cum quedam sint scemata constructionis, et illa redimant soloecismum, et quedam sint scemata locutionis, et illa redimant de viciis annexis plurima.

On avait pourtant essayé de définir cette espèce de figures :

(R 170 *dat species tibi*) Circa formam vel figuram scematis procedit Ysidorus[1] in hunc modum : « Scemata ex greco ydiomate in latinum eloquium figure interpretantur, que fiunt in verbis et sententiis per varias dictionum formas propter eloquii ornamentum. » Item aliter potest dici : scema est venustas dictionis considerata secundum iuncturam dictionum vel intellectuum. *Secundum iuncturam dictionum* dico quantum ad venustatem, que fit in verbis; de quo scemate hic agit actor. *Secundum iuncturam intellectuum* dico quantum ad venustatem que fit in sententiis, et hoc quantum ad oratores.

Alexandre divise le *scema* et en définit les différentes espèces comme Donat :

Dat species tibi scema prolempsim, zeuma, silempsim;
Est ypozeusis, anadiplosis, epinalempsis,
Est epizeusis, et anaphora, paranomeon,
Est cesionomaton; hiis additur omothelenton[2],
Et paranomasia, poliptoton; additur yrmos;
Iungis omoptoton; pariter polisintheton addis;
Ultima dyaliton vel asintheton est vocitanda.

L'autorité de Donat se trouvait ici en conflit avec celle de Priscien. Nous avons vu plus haut[3] que l'on reconnaissait, d'après Priscien, deux espèces de figures, les *figure locutionis* ou tropes, qui sont du domaine de la rhétorique[4], et les *figure*

[1] I, 35, 1.

[2] (R 173) : « Dicitur ab *omos*, quod est simile, et *thesis*, quod est *positio*, et *lenthos*, quod est finis. » Voir ci-dessus, p. 453.

[3] Voir ci-dessus, p. 233 et suiv.

[4] Robert Kilwardby (V 34) : « Figura... locutionis ad oratores pertinet, ut dicit Donatus, quia est improprietas excusata veniens in sermone non ex parte construc-

constructionis, qui sont du domaine propre de la grammaire; que ces figures de construction étaient au nombre de cinq, *silempsis*, *prolempsis*, *zeuma*, *sintosis*, *antitosis*, comprises sous la dénomination de *alleotheta*. La glose d'Alexandre ne s'inquiète pas de concilier ces dissidences. Elle divise le traité du *scema* en deux parties (R 170 *dat species tibi*) : « In prima agit de figuris constructionis simpliciter, in secunda de figuris locutionis. » La première partie comprend les quatre *scemata*, *prolempsis*, *zeuma*, *silempsis*, *ypozeusis*. On ne s'est pas demandé pourquoi Donat ne donne que quatre figures de construction, tandis que Priscien en compte cinq, ni pourquoi Priscien ne parle pas de l'*ypozeusis*. On constate seulement que la *silempsis* (R 171 *clausas dissimiles*) « aliter accipitur a Prisciano, aliter a Donato et ab actore isto. » Jean de Gênes, dans son Catholicon (IV, 3), sépare la théorie du *scema* suivant Donat de la théorie de l'*alleotheta* suivant Priscien : « De scemate amodo sive alleotheta secundum doctrinam Donati videamus. Nam in fine istius quarte partis videbimus de alleotheta secundum doctrinam Prisciani. » On reconnaissait beaucoup de figures de construction qui n'avaient pas reçu de noms. On les rapportait vaguement à la *silempsis* de Donat[1], sans doute parce que Donat dit (p. 1773 P) : « Hoc schema ita late patet, ut fieri soleat non solum per partes orationis, sed et per accidentia partibus orationis. » L'*appositio* était rapportée à la *sintosis*, l'*evocatio* et la *conceptio* à la *silempsis* de Priscien[2].

tionis. » Robert détourne ici le sens du texte de Donat, qui parle seulement des figures de pensée (p. 1773 P) : « Schemata dianoeas ad oratores pertinent. »

[1] Voir ci-dessus, p. 369, et Jean de Gênes, *Catholicon*, IV, 7.

[2] C'est ce que fait Robert Kilwardby (V 34). Jean de Gênes (IV, 10) rapporte l'*evocatio* et l'*appositio* à la *sintosis*.

§ VII. — Des tropes.

On raisonnait sur les tropes de la manière suivante :

(R 174 *multa tropi*) Dicit . . Donatus[1] : « tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam secundum aliquam similitudinem ornatus necessitatisve causa. » De partibus huius diffinitionis DUBITATUR, et PRIMUM de eo quod dicit quod tropus est dictio translata. Illud quod est proprietas dictionis vel accidens non est ipsa dictio Sed tropus est huiusmodi. Ergo tropus non est dictio. Quare nec dictio translata. ITEM tropus provenit quandoque ex translatione orationis sicut et dictionis. Ergo diffinitio non convenit omni tropo, quod dictio sit translata. Ergo diffinitio non est convertibilis cum diffinito, sed diminuta. AD PRIMUM dicendum est quod diffinitio tropi materialis est, et in diffinitione materiali non est inconveniens subiectum supponi sue cause in predicatione, sicut in diffinitione causali causa predicatur de suo effectu, sicut si dicatur *dies est sol lucens super terram.* In hac diffinitione id quod est causa diei efficiens, predicatur de die. Unde sicut non est inconveniens quod causa predicetur de suo effectu, sic non est inconveniens quod subiectum predicetur de sua proprietate, sicut in hoc loco. Vel aliter dicendum est quod tropus potest considerari dupliciter, uno modo prout est vicium non concernens subiectum in quo est, et sic non est dictio translata; neque hic diffinitur sic vel secundum hoc, sed sic tropus est proprietas dictionis. Alio autem modo consideratur secundum quod concernit subiectum in quo est, sicut barbarismus sumitur superius[2], et sicut rectum dicit proprietatem prout concernit lineam. Et sic bene debet et potest tropus diffiniri per subiectum quod concernit, ut, si rectum diffiniatur, debet diffiniri per lineam. . . AD ALIUD dicendum est quod in diffinitione tropi dictio sumitur communiter ad dictionem complexam et incomplexam. Et sic convenit dicta diffinitio tam tropo qui est in simplici dictione, quam qui est in oratione. Unde si diceretur hic *tropus est dictio* et cetera, *ergo nomen vel verbum*, respondeo quod

[1] P. 1775 P.

[2] On définissait le barbarisme d'après Donat (p. 1767 P) : « Barbarismus est una pars viciosa in communi sermone. » On se demandait (R 162) : « Cum barbarismus sit vicium unius partis, queritur quare potius dixit *barbarismus est una pars orationis*, quam *vicium unius partis orationis.* »

non est verum argumentum, quia dictio non accipitur in propria significatione vel in toto ambitu suo, sed ad dictionem et orationem, sicut locus sophisticus in dictione dicitur[1] qui non solum complectitur eum qui est in dictione simplici, sed similiter eum qui est in oratione, prout per se patet. Consequenter dubitatur circa hanc particulam *a propria significatione ad impropriam*, quia videtur quod omnis significatio sit propria. Dicit enim Tullius[2] in Rethorica sua quod verba propria sunt illa que significant illud quod intenditur significari vel potest significari per ipsa. Quare patet quod dictio proprie significat, que significat illud quod proprie significari potest per ipsam. Ergo quicquid significat, proprie significat. Quare omnis significatio propria, et nulla impropria. Ad hoc dicendum est quod duplex est impositio significandi in dictione, una, que debetur ei ratione vocis absolute, altera, que debetur ei ratione vocis comparate ad significationem propriam, et de hac loquitur Tullius, non de prima. Vel aliter. Vox potest considerari dupliciter, aut absolute et ante impositionem ad significandum, aut post impositionem. Primo modo potest significare oppositum sue significationis, quia voces sunt ad placitum. Si autem consideretur prout est imposita ad significandum in comparatione ad suum significatum, sic improprie significat oppositum. Respondendum est ad argumentum quia, cum dicit Tullius *verba proprie significant* et cetera, hoc est ratione vocis comparate ad suum significatum, ut hoc nomen *homo* significat hominem, et hoc significando significat animal et corpus et omnia superiora et proprie in comparatione vocis ad proprium significatum. Sed cum dicetur *omne illud quod significatur per vocem, potest significari per ipsam*, verum est ratione vocis absolute. Et sic non sunt vere eodem modo maior et minor propositiones. Unde non valet conclusio. Tertio dubitatur de hac particula *secundum aliquam similitudinem*. Quandoque enim fit tropus ex eo quod unum oppositorum transfertur ad significandum alterum. Sed neutrum oppositorum est simile alteri. Quare videtur quod iam dicta diffinitio non conveniat omni tropo. Ad hoc dicendum quod, quamvis unum oppositorum non sit simile alteri in eo quod est oppositum, potest tamen in aliquo alio assimilari ei. Conveniunt enim opposita in hac relatione oppositi, et forte in aliquibus aliis, et ratione alicuius talis, in qua conveniunt, unum potest transferri ad significandum aliud; et ita omnis tropus fit

[1] Aristote, *De Soph. el.* IV, 161 b 24.

[2] *Rhet. ad. Her.* IV, 12, 17 : « Propria, quæ eius rei verba sunt aut esse possunt, qua de loquemur. »

secundum similitudinem aliquam. Quarto dubitatur de hac particula *ornatus necessitatisve causa.* Primo dubitatur, cum in methaplasmo dicatur *metri ornatus* et cetera, quare hic non dicitur *metri* . . . . . Item queritur quare sunt tot cause excusandi improprietatem in sermone, scilicet metrum, necessitas et ornatus. Ad primum illorum dicendum est quod, cum dicit *necessitatis causa*, intelligitur de necessitate a parte sententie et non a parte metri. Cum autem est color et in sententiis et in verbis, tunc est ornatus. Vel aliter et melius. Methaplasmus est vicium excusatum in poemate, in quo attenditur metrum. Tropus autem non excusat metrum proprie. Sed si forte in metro incidit, hoc est per accidens. Et ideo metrum est essentiale methaplasmo, tropo autem accidens. Unde in ratione et diffinitione methaplasmi ponitur metrum, et non in ratione tropi. . . . . Omnis improprietas excusabilis in sermone fit causa melius se habendi. Aut ergo propter melius sonandum aut propter melius significandum. Si propter melius significandum, sic est necessitas a parte sententie, vel causa sententie melius exprimende. Si vero fiat improprietas propter melius sonandum, aut est cum mensuratione pedum sillabarum et temporum, et sic est metrum, aut sine tali mensuratione, et sic est ornatus. Et sic sunt tres cause et non plures.

Nous avons vu plus haut que les tropes étaient appelés *figure locutionis* par opposition aux *figure constructionis.* Les gloses d'Alexandre ne s'expliquent pas sur ce point. Elles reconnaissent des *figure locutionis* dans une partie des *scemata*, et voici comment on passait du *scema* au *tropus :*

(R 174 *multa tropi*) Determinato de scemate et de speciebus eius excusantibus improprietatem in sermone et hoc sine translatione, hic determinat actor de tropo et de eius speciebus excusantibus improprietatem a parte sententie et hoc cum translatione.

Les différents genres et espèces de tropes sont d'ailleurs énumérés et définis par Alexandre et par la glose d'après Donat[1].

[1] Voici les noms écrits avec l'orthographe ordinaire du moyen âge : Methaphora — cathacresis — methalempsis — methonomia — anthonomasia — epitheton

§ VIII. — Rapports de la grammaire et de la rhétorique.

On considérait les *figure locutionis* comme étant du domaine des orateurs plutôt que des grammairiens. La glose *Admirantes* traite des rapports de la grammaire et de la rhétorique non-seulement en ce qui touche le trope, mais encore en ce qui concerne le *scema*. Voici comment on définissait la rhétorique :

(*rc* 2 v°) Sermocinalis scientia dividitur in hunc modum. Sermo est ordinatus ad movendum aut ad significandum. Si primo modo, hoc est dupliciter : aut movet virtutes apprehensivas aut motivas. Si primo modo, sic est logica, que docet nos apprehendere verum et falsum. Si secundo modo, sic est rethorica, quia per sermonis eloquentiam movetur iudex ad partem propriam nutriendam et partem adversam deprimendam. Si ordinetur ad significandum, sic est gramatica.

(R 1) Regule date de sermone quedam tendunt ad congruum et incongruum, quedam ad verum et falsum, quedam ad ornatum et inornatum... Logica circa sermonem considerat verum et falsum, que causantur a parte rei, et ipsa rethorica considerat ornatus sermonis, qui causantur a parte verborum et sententie, eo quod in sermone ornato rethorice est ornatus verborum et sententiarum.

Donat avait dit (p. 1773 P) : « Schemata dianoeas ad oratores pertinent, ad grammaticos lexeos. » On se faisait une objection à ce sujet :

(R 171 *dat species tibi*) Videtur quod tam scemata lexeos quam dyaneos

— synodoche — onomathopeia — perifrasis — yperbole — yperbaton; sincresis; themesis; hysterologia, hysteron protheron; anastropha; parenthesis — allegoria; antifrasis; carientismos; enigma; paranomia (R 179 : « dicitur a *para*, quod est iuxta, et *omos*, quod est simile »); sarcosmos (R 179 : « a *sarcos*, quod est caro, et *mos*, *moris*, quasi mos carneus »); yronia; antismos (R 179 : « ab *antis*, quod est flos, et *mos*, *moris*, quasi floridus mos.) — omozeusis — ycon; paradigma; parabola.

participant colores rethoricos, et hac de causa. Colores rethorici dividuntur per colores verborum et sententiarum. Sed scema lexeos est ordinatio verborum, et scema dyaneos est ordinatio sententiarum. Ergo si scemata lexeos et dyaneos sunt idem cum coloribus sententiarum et verborum, utrumque ad considerationem rethorici pertinebit. Item utrumque pertinet ad gramaticum, ut videtur. Nam scema lexeos ad ipsum pertinet, ut patet per litteram Donati... Rursus scema dyaneos ad eundem pertinet. Si dicatur quod non, quia est a parte sententiarum, contra. Secundum hoc sequeretur quod tropus et vicia annexa non essent de consideratione gramatici. Quod falsum est. Quare dicta ratio nulla est. Ad primum dicendum est quod scemata dyaneos primo et principaliter et per se sunt de consideratione rethorici, quia rethor primo et per se intendit sententiam suam adornare, qua possit persuadere iudici, ut iudex ad favorem partis proprie et indignationem partis adverse moveatur, ex consequenti intendit ornatum sermonis. Scema lexeos primo et principaliter et per se est de consideratione gramatici, qui primo et per se intendit sermonem rectum in scribendo et proferendo ad manifestandum intellectum, et per hoc sententiam (hic est finis sermonis, exprimere sententiam), ex consequenti vero intendit sententiam suam adornare. Potest tamen aliquo modo scema lexeos ad rethoricum pertinere, et scema dyaneos ad gramaticum. Et ita utrumque, si non primo modo, tamen secundario potest ad utrumque pertinere. Dicendum est ergo quod, quando dicit Donatus «hoc pertinet ad rethores, illud ad gramaticos,» intelligendum est *primo et per se*, quia non excludit quod ex consequenti utrumque pertineat ad utrumque.

(*rb* 43 v°)[1] Sed adhuc opponitur. Cum colores verborum per se pertineant ad rethoricum, et scemata[2] lexeos sint idem quod colores verborum, videtur quod scemata lexeos pertineant ad rethoricum, et ita utraque scemata per se pertinent ad rethoricum. Sed ad hoc dicendum quod scemata lexeos vel figure verborum possunt dupliciter considerari. Nam si sermo sub hiis ordinetur ad significandum tantum, ut apprehendatur[3] intellectus dictionis, sic sumptus sermo est de consideratione gramatici, et figure verborum considerate in sermone sic sumpto[4] pertinent ad grama-

[1] Ce passage ne se trouve que dans *rb*, *rc* et Bibl. de Troyes 1142.

[2] scema *rb. om. rc.*

[3] adprehendetur *Cod.* adprehenditur *rc.* apprehendantur *Bibl. de Troyes.*

[4] sumpte *Codd.*

ticum primo et per se; et sic dicitur[1] hic quod scemata lexeos pertinent ad gramaticum primo et per se. Si considerentur in sermone, prout ordinatur non solum ad significandum, sed cum hoc ad movendum[2] virtutem concupiscibilem et irascibilem in iudice, sic sunt primo de consideratione rethorici. Et sic obiectio procedebat ad aliud, in quo dicebatur quod figure sententiarum non pertinent ad gramaticos. Responsio patet ex predictis, quia, ut tactum est, Donatus non intendit quod nullo modo pertineant ad gramaticum, sed quod primo non sunt de consideratione gramatici figure a parte sententie, sed ex consequenti.

On soulevait une difficulté analogue à propos des tropes, et on la résolvait par les mêmes considérations :

(R 174 *multa tropi*) Cum ornatus sit de consideratione rethorici, et tropus, qui fit causa ornatus, erit de consideratione eiusdem, non ergo de consideratione gramatici. Male ergo ponitur in diffinitione ipsius *causa ornatus*... Dicendum est quod tropus fit gratia ornatus, et hoc diversimode : vel solum ad melius significandum, et sic consideratur a gramatico, vel secundum quod est ad movendum virtutem irascibilem et concupiscibilem in iudice, et sic consideratur a rethorico.

L'impossibilité d'établir une démarcation rigoureuse entre les figures propres à la grammaire et celles qui sont propres à la rhétorique, et qu'on désignait sous le nom de *colores rethorici*[3], avait introduit dans cette théorie beaucoup de confusion. Ainsi Évrard de Béthune, ou plutôt l'auteur de la compilation par laquelle commence le Grécisme, mêle aux métaplasmes, aux figures de mots et aux tropes énumérés par Donat, un grand nombre de figures qui appartiennent évidemment à la rhétorique et qu'il semble pourtant distinguer des *colores rethorici*.

[1] dicit *rb rc. Cette phrase est omise dans le troisième manuscrit.*

[2] modum *Cod.* notandum *rc.* removendum *Bibl. de Troyes.*

[3] Cette expression se rencontre déjà dans Jean de Salisbury (*Metal.* I, 24). On écrit toujours au moyen âge *rethor, rethoricus.*

Ainsi il dit, à propos de l'interrogation qu'il appelle *teretema* (ἐπερώτημα), ch. II :

> Cum quis multotiens interrogat, est teretema,
> Quod bene rethoricum datur aspiciendo colorem.

Et à propos de la correction qu'il appelle *epidiocesis* (pour *epidiorthosis*), même chapitre :

> Que supra dicta sunt epidiocesis ipsa
> Corrigit in melius ex affectu recitantis,
> Rethoricusque color correctio scilicet extat.

La glose du Grécisme appelle en effet du nom de *colores rethorici* les vingt-quatre figures de mots nommées et définies dans le ve chapitre du Grécisme d'après la Rhétorique à Hérennius (IV, 13-30), et qui portent toutes des noms latins, tandis que les figures rangées parmi les métaplasmes, les *scemata* et les tropes ont toutes des noms grecs. D'autre part on trouve dans le XIIe chapitre du Doctrinal, à la suite des tropes, les noms tous grecs excepté un (celui de *lepos*) et les définitions de vingt-six figures qui sont en dehors de la classification en métaplasmes, *scemata* et tropes. Alexandre ou l'auteur de cette espèce d'appendice ne s'explique pas sur leur nature. La glose *Admirantes* croit pouvoir les rapporter aux classes précédentes :

> (R 181 *alterius vox*) Executo de generibus figurarum et speciebus generum secundum se et sigillatim, hic actor de quibusdam mixtim determinat que possunt ad predicta diversimode retorqueri... Et quia mixtim hic agitur, ideo divisionem et ordinationem inter ista recusamus assignare.

Jean de Gênes (IV, 3) désigne cette partie du Doctrinal comme celle où l'auteur traite des *colores rethorici*, et lui-même les énumère et les définit parmi les *colores rethorici* avec trente-cinq autres figures qui se trouvent dans les cinq premiers chapitres du Grécisme (IV, 4).

§ IX. — *Colores rethorici.*

Il n'est pas de mon sujet d'entrer dans la théorie de ces figures. Mais il est intéressant de reconnaître les sources où elle a été puisée. Si l'on rassemble toutes les figures mentionnées dans les quatre premiers chapitres du Grécisme et dans l'appendice au XIIe chapitre du Doctrinal, en dehors de celles qui ont été fournies par le IIIe livre de l'*Ars grammatica* de Donat, on en retrouve trente-neuf soit dans le XXIe chapitre du second livre des *Origines* d'Isidore, soit dans le commentaire de Cassiodore sur les Psaumes, soit dans celui de Servius sur Virgile, soit dans la grammaire de Priscien, soit dans quelques rhéteurs latins; douze portent des noms grecs ou latins qu'on ne rencontre pas employés antérieurement pour désigner des figures; enfin trois sont désignées par des noms grecs qui ne se trouvent plus aujourd'hui dans aucun auteur ancien.

Voici les trente-neuf figures de la première classe. J'ai choisi l'orthographe qu'on doit considérer comme conforme à l'usage du moyen âge. La lettre D indique que la figure se trouve dans le Doctrinal, G, dans le Grécisme. J'ai ajouté entre parenthèses les abréviations m, s, t, v, pour indiquer que la figure est rapportée au métaplasme, au *scema*, au *tropus*, ou au *vicium annexum*.

Alleotheta, ἀλλοιότης, à l'accusatif dans Priscien, XVII, 155. D. G (v). — *Allopasis* (Q 14 v) : « Dicitur ab *alleos*, quod est alienum, et *pasis*, quod est passio. » ἀλλοπάθεια, Priscien, XI, 12. G (s). — *Anteson* (Q 16) : « Dicitur ab *anthi*, quod est contra, et *sonus*, quasi contra sonum » ἀντιπρόσωπον, Cassiodore[1]. G (t). — *Anticlassis* (R 183) : « Dicitur ab *anti*, quod est contra,

[1] Je renvoie à Garet, qui, dans son édition de Cassiodore (Rouen, 1679, pp. 620-626) a rassemblé les figures mentionnées et définies dans le commentaire sur les Psaumes.

et *classis*, sententia. » ἀντανάκλασις, Isidore, § 10. D. — *Antimetabola*, ἀντιμεταβολή, Isidore, § 11. D. — *Antipophora*, ἀνθυποφορά, Quintilien, IX, 2, 106; Iulius Rufinianus, *De schem. dian.* § 4; Carmen de figuris, 28; Fortunatianus, II, 27. D. G (s). — *Antitheton*, ἀντίθετον, Isidore, § 5. D (t). G (s). — *Antitosis* (R 183) : « Dicitur ab *anti*, quod est contra, et *thesis*, positio. » ἀντίπτωσις, Priscien, XVII, 155. D (t). G (m). — *Aposiopasis* (R 183) : « Dicitur ab *apos*, quod notat defectionem, et *usios*, quod est substantia, et *pasis*, quod est passio. » ἀποσιώπησις, Isidore, § 35. D. G (m). — *Apostropha*, ἀποστροφή, Cassiodore. D (t). G. (s). — *Brachilogia*, βραχυλογία, Cassiodore. G (s). — *Caracterismos*, χαρακτηρισμός, Isidore, § 40. G. (s). — *Climax*, κλῖμαξ, Isidore, § 4. G (s). — *Conceptio*, Priscien, XVII, 155. D. G (t). — *Ebasis*, ἔκβασις, Servius in *Æn.* XI, 724 et ailleurs. D (t *ou* s). — *Efflexegesis* (*qa* 2 v) : « Dicitur ab *e*, quod est extra, et *flecto*, *tis*, quasi extra flexa locutio, id est extra posita. » ἐπεξήγησις, Cassiodore. D. G (s). — *Emphasis*, ἔμφασις, Cassiodore. D et G (t). — *Endyadis*, *Hendiadys*, Servius, *Æn.* I, 61 etc. D (t). G (s). — *Epibasis*, ἐπέμβασις, Cassiodore. G (m). — *Epidiocesis*, ἐπιδιόρθωσις, Cassiodore. G (s). — *Epimone*, ἐπιμονή, Isidore, § 43. D (s). G (m). — *Epitrocasmos*, ἐπιτροχασμός, Cassiodore. G (s). — *Ethimologia*, ἐτυμολογία, Cassiodore. G (s). — *Ethopeia*, ἠθοποιΐα, Isidore, § 32. G (t). — *Euphemismos*, εὐφημισμός, Servius. On ne savait plus ce que signifiait ce mot, comme on le voit par les vers suivants du Doctrinal et par la glose :

Est euphemismos pro verbo ponere verbum :
Exultat domini vocem mea lingua superni.

(R 183) : « Improprietas est ex eo quod verbum absolutum ponitur pro transitivo. Causa quare potest fieri, est quod ex resolutione verbi ad casuale resultat intellectus vel assumit naturam verbi transitivi, ut ibi[1] *Coridon ardebat Alexim*... Cum dicitur[2] *lingua mea exultavit iustitiam tuam*, intelligitur *cum exultatione decantavit.* » — *Exallage*, ἐξαλλαγή, Cassiodore. G (m). — *Fantasia*, φαντασία, Servius. G (t). — *Liptote*, λιτότης, Servius. D (t). G (s). — *Methabole*, μεταβολή, Cassiodore. G (m). — *Prophonesis*, προαναφώνησις, Cassiodore. G (s). — *Prosopopeia*, προσωποποιΐα, Isidore, § 45. D et G (t). —

[1] Virgile, *Buc.* II, 1. — [2] *Psal.* L, 16.

Prothesceosparalange[1] (R 181) : « Dicitur a *protheseos*, quod est prepositio, et *para*, quod est iuxta, et *alleos*, quod est alienum, et *logos*, quod est sermo. » *προθέσεως παραλλαγή*, Cassiodore. D (t). G (m). — *Sinacrismos*, *συναθροισμός*, Cassiodore. G (s). — *Sinepthesis* (R 183) : « Dicitur a *sin*, quod est cum, et *thesis*, quod est positio, vel a *sin* et *aptus*, *ta*, *tum*, quasi inepta positio. » *συνέμπτωσις*, Priscien, XVII, 155. D (s). — *Somothopeia* (Q 16 v°) : « Dicitur de *somus*, *somi*, vel *soma*, *tis*, quod est corpus, et *thesis*, quod est positio, et [*poio*, quod est][2] *fingo*, *gis*, quasi ficta corporis positio. « *σωματοποιΐα*, Cassiodore. G (t). — *Syndiasmos*, *συνδυασμός*, Cassiodore. G (s). — *Topographia*, *τοπογραφία*, Servius. D (t). G (s). — *Ydiopasis*, *ἰδιοπάθεια*, Priscien, XI, 12. G (s). — *Ypallage*, *ὑπαλλαγή*, Cassiodore. D. G (m).

Voici les termes qui se rencontrent dans les auteurs anciens, mais avec un autre sens, et ne désignant pas des figures.

Anapolensis codd. anapolempsis *rb* apolensis *rc*[3] (Q 12 v°) : « Dicitur ab *ana*, quod est sursum, et *apos*, quod est *re*, et *lempsis*, quod est sumptio, quasi dictionis superius posite resumptio. Et differt ab epinalempsi, quia epynalensis vult repetere solum dictionem in fine versus, que posita fuit in principio eiusdem, anapolensis vero potest multotiens repetere dictionem positam in principio clausule et in fine eiusdem, tam in metro quam in prosa; epynalensis vero habet fieri in metro tantum. » G (s).

Incipit et finit verbo anapolensis eodem :
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa[4].

Antropopathos[5] R *qb* antropopatos Q antropospatos *ra rb rc qa* antroposphatos R *a* (R 184) : « Dicitur ab *antropos* quod est homo et *pasis* vel *pathos*, quod est passio, quasi humana passio. » D. G (v.).

D Si que sunt hominis assignantur deitati,
Antropopathos est : sic sepe *dei* legis *iram*.
G *Subsannat deus hos*[6] : tunc antropopathos extat.

[1] Il faut écrire en un seul mot; car, dans la glose Q, au-dessus de *protheseos quoque paralange*, on lit : « hic est themesis, o lector. » — Cette figure est mentionnée dans Claudius Sacerdos, I, § 105 (éd. Endlicher).

[2] *Om. Cod.*

[3] Ce mot a été tiré de *ἀναπόλησις* ou *ἀναπόληψις*.

[4] *Æn.* I, 750.

[5] Ce mot est tiré de *ἀνθρωποπαθῶς*.

[6] *Psal.* II, 4.

Cronographia (R 181) : « Cronographia est temporis descriptio vel causa temporis describendi a materia principali disgressio, ut ibi[1] *nox erat et toto fulgebant sidera celo*, et ibi[2] *tempus erat quo cuncta silent*. Et dicitur a *cronos*, quod est tempus, et *graphos*, quod est scriptura. » D (t). G (s).

D Cronographia solet descriptio temporis esse,
G Temporis esse solet descriptio cronographia.

Dyastole, diastole, diastola *codd.* (Q 7v°) : « Dicitur a *dia*, quod est duo, et *stolon*, quod est missio, quasi unius temporis brevis in duo missio..... et est eadem extasi. » G (m).

Sistole productam brevi — atque[3] dyastole longat.

Epidiasis[4] (Q 9 v°) : « Dicitur ab *epy*, quod est supra, et *dya*, quod est duo, et *thesis*, quod est positio, quasi duorum insimul positio. » G (m).

Sillaba, dictio, sive oratio si geminetur,
Tune duos[5], *meme, Leleges*, epidiasis hic est.

Epilogus[6] (Q 14 v°) : « Dicitur ab *epy*, quod est supra, et *logos*, sermo, quasi sermo superiora recapitulans. » G (s).

Epilogus tibi sit illud, quod et epitrocasmos,
Cum multiloquio predicta subabreviantur.

Euphonia (R 182) : « Dicitur ab *eu*, quod est bonum, et *phonos*, quod est sonus, quasi bonus sonus. » D (m *ou* t). G (v).

D Cum retices, quod turpe sonat, dic euphoniamque.
Circuit hec et *relliquie* dat *relligio*que.

[1] *Epitome Iliados homericæ*, 110.

[2] Ovide, *Met.* X, 446.

[3] Les manuscrits portent *breviat quedyastole* ou *breviatque dyastole*. Je pense qu'il y a une sorte de tmèse et que la désinence de *longat* sert en même temps pour *breviat*; ou peut-être la dernière syllabe de *breviat* sert en même temps pour la première de *atque*.

[4] C'est sans doute une altération de ἐπιδίπλωσις.

[5] Juvenal, *Sat.* VI, 641, dans Priscien, XVII, 3, qui cite aussi *meme* et *Leleges*.

[6] ἐπίλογος, *epilogus*, ne se rencontrent dans les auteurs anciens qu'avec le sens de *péroraison*.

G Ast euphonia sit dictio pulcra sonora,
Ut si dicatur *ticides meridies*que [1].

Evocatio [2]. G (t).

Dissimiles personas evocatio iungit.

Lepos [3]. D.

Omopation [4] *ra rb rc* omapation R homopasyon R*a* (R 184) : « Omapation est attributio unius partis alteri, ut patet in littera et in psalmo [5] *lingua mea meditabitur iustitiam tuam.* Lingue enim est loqui, cordis autem meditari. » D.

Si sint res alique concordi federe nexe,
Id quod inest uni, reliquam dicas operari.
Sic linguam cordi concordem dic meditari,
Ac omopation istam dic esse figuram.

Teretema [6] *qa* theretema Q therethema *qb* terethema *qb* (Q 14 v°) : « Dicitur a *thereton*, quod est varium, et *thema*, quod est materia. » (*qa* 2) : « Dicitur a *teoron*, quod est clarum, et *tema*, principium, quasi clarum principium. » G (s).

Cum quis multotiens interrogat, est teretema,
Quod bene rethoricum datur aspiciendo colorem.

Tropologia [7] (Q 15) : « Dicitur a *tropos*, quod est conversio, et *logos*, quod est sermo, quasi conversio sermonis. » G (s).

Dirige sermonem quemvis cuivisque secunda,
Tropologia potest illud vel apostropha dici.

[1] Suivant la glose, *Ticides* est pour *Titides* (sans doute *Tydides*), et *meridies* pour *medidies*.

[2] Voir ci-dessus, p. 257.

[3] Voir ci-dessus, p. 264.

[4] On trouve, mais avec un autre sens, ὁμοιοπάθεια dans Macrobe, *Saturn.* IV, 6.

[5] XXXIV, 28.

[6] Sans doute ἐπερώτημα. Cette figure est appelée ἐπερώτησις dans Julius Victor, c. xx (433, 31, Halm.).

[7] τροπολογία signifie langage figuré.

Il est enfin trois figures dont nous ne connaissons les noms que par le Grécisme et le Doctrinal :

Catatiposis[1] *qa* (Q 14) : « Dicitur a *catha*, quod est iuxta, et *typos*, quod est forma vel figura, quasi alicuius descriptio iuxta sui figuram. » G (s).

Est catatiposis, quando sub nomine patris,
Vel matris, sive alterius persona notatur,
ut *calvus*, *crispus*, *ventrosus*, *Sophronicusque*,
Ferraneus, Socratem scribunt hec omnia solum.
Caracterismos eadem sit et una figura.

